Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0001-6

Dulcis antiqui poete in hermaphroditum lepidissimum epigramma

Cum mea me genetrix gravida gestaret in alvo
Quid pareret fertur consuluisse deos
Mas est Phebus ait Mars femina Iuno neutrum
Cumque fore natus hermaphroditus eram
Querenti letum dea sic ait occidet armis
Mars cruce Phebus aquis sors rata queque fuit
Arbor obumbrat aquas ascendo decidit ensis
Quem tuleram casu labor et
Pes hesit ramis caput incidit amne tulique
Femina vir neutrum flumina tela crucem

einstelle Handschrift Vermerke

EX DAMASO PP DE BEATISSIMI PAULI VITA PANEGYRIS.

Jam dudum saulus proavorum dogmata zelans
Cum domino patrias vellet praeponere leges
Abnueretque sacros christum venisse prophetas
Dum lacerat sancto matris pia viscera cetus
Cedibus assiduis ardens decerpere plebem
Post tenebras verum cepit cognoscere lumen
Tentatus sensit quid posset gloria christi
Sensibus ut domini vocem lumenque recepit
Instruitur mores christi precepta secutus
Ut totus placuit sancto de nomine paulus
Mira fides rerum subito trans ethera vectus
Illi nosse datum quid possent premia vite
Tertia lux celi tenuit paradiso euntem
rela
Celsa quibus domini fuerat secreta reserat
Gentibus ac populis predicere vera iubetur
Jactatusque maris noctemque diemque profundo
Vixit ac hinc tantum mirum est superasse labores
Verbera vincula famem lapides rabiemque ferarum
Carceris illuvie virgas tormenta catenas

Naufragium lacrimas serpentis dira venena

Stigmataque exultat portare in corpore Christi

Credentesque docet qua possint vincere morte

Dignus deo vivis pro servitu vincta magister

Versibus his breviter fateor sanctissime doctor

Ipse tuos damasque valui monstrare triumphos

Der [illegible] Ovidius Naso sämmtliche Werke übersetzt von Heynemann Rector am Gymnas. zu Speyer Frankfurt am M. bey Hermann [illegible] geschätzt.

E bibliotheca Ludovici Steinerti.

Ein Geschenk von Steinert.

Ein Geschenk vom Ludwig Steinert.
Wiecke.

M. Appel 30 Lyceum. bei Goldaker 15/6 1861.

FRANCISCI
PHILELPHI EPISTO
læ breuiores, & elegantio/
res, atqꝫ adoleſcentibus
magis conducentes,
ex toto originario
exẽplari iam de/
nuo tranſ/
ſumptæ.

Cum ſingularum epiſtolarum
argumentorum Indice.

ITEM.

Angeli Politiani epiſtolæ quædã
familiares, ſuauiores, & bre/
uiores, ad viros illuſtres, in
calce adiunctæ ſunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0005-8

A Duentū ſuū narrat, & peſtilentiæ vim declarat. Papina.i.
Agit amico gratias, ꝙ ex peſte fugiendū ſuadet. eadem
Conſilium approbat. eadem
Arcas cum libris & veſtibus petit. eadem
Aduentum ſuum narrat, & verſura quid ſit. eadem.
Petit ſibi, rebusqꝫ ſuis conſuli. eadem
Honeſtati ſatiſfeciſſe ſe ait, & utilitatis habendā eſſe rationē. eadem
Conqueritur ſibi promiſſa non ſeruari. ij
Hortatur quendam ad ſtudium literarum. Deinde ponit differen-
tiam inter Feciales & Caduceatores. eadem
Conſtans & gratus eſſe vult. eadem
Amicorum paria quattuor. eadem
Dolet ſe non poſſe gratificari. eadem
Receſſurum ſe ſcribit propter peſtilentiam. eadem
Profectionem ſuam prædicit amico. eadem
Qꝫ honorifice ſit acceptus narrat. iij
Corrigit laudationem amici de ſe. eadem
Depoſitum reddi poſtulat. eadem
Cur non ſcripſerit. Item laudat Bononiam. eadem
Factionem naſcentem notificat. eadem
Hortatur amicum, ne laboret de reditu ſuo. iiij
Laudes de ſe minuit. eadem
Libros ab alio repetendos ait. eadem
Commendat quendam amico. eadem
Factionis tumultum narrat. eadem
Conditionem accipit de pacta ſibi pecunia. eadem
Mulis ſibi opus eſſe dicit. eadem
Integrum ſibi eſſe negat, ut obſequatur amici conſilijs. eadem
Conditionem ſe non poſſe admittere dicit. v
Excuſat ſe. eadem
Fidem ſibi ſeruandum dicit. eadem
Cauſam cunctationis narrat, & tuti itineris literas optat. eadem
Laudando hortatur amicum ad gloriam. eadem
Vnde, & quo pergat dicit. vi
Amico gratulanti, & operam pollicenti reſpondet. eadem
Pericula ſibi imminentia amico narrat. eadem
Libros quos alteri commendauit, repetit. eadem
Conductum ſe ait in triennium. eadem
Singulariter Aeneam Syluium commendat amico. eadem
Conſuli ſibi, ſuiſqꝫ rebus petit. vij
Factionem Florentiorum ſibi moleſtam eſſe dicit. eadem

Commendat amico quendam. eadem
Pollucem repetit. eadem
Admonitus a quibus caueat, ſuo more ſe uti velle reſpondet. eadem
Maturari promiſſa petit. eadem
Inimicum corripit, ꝙ ſibi inſidietur. eadem
Inimicum vilipendendo arguit improbitatis. viij
Hortatur amicum, ut promiſſa opere compleat. eadem
Gratias agit officioſo amico. Item excuſat ſe, ꝙ promiſſum non perfecerit. eadem
Moleſtiam ſui ſtatus narrat. eadem
Cauſam cunctationis oſtendit. eadem
Rationem reddit, cur abierit. eadem
Reſponſurum ſe breui dicit. ix
Certior fieri vult de ſtatu amici. eadem
Librum alterius ſe non poſſe mittere ait. eadem
Increpat quendam, ꝙ ſibi res ſuas non reddat. eadem
Paruifacit inimicum. eadem
Ignoſci ſibi petit, ꝙ votis ſatiſfacere nequeat. eadem
Loqui ſe ait per tabellarium. eadem
Excuſatoria epiſtola. eadem
Conſilium de perfectione aperit. eadem
Moram ſuam excuſat. x
Gratias agit amico pro donis. Item laudat Ariſteum, & rus amici. eadem
Venturum ſe ait. eadem
Succeſſus ſuos narrat, & amicum latenter allicit. eadem
Librum dicit ſe ſub conditione miſſurum. eadem
Arguit quendam, ꝙ librum alteri non reddiderit. eadem
Hortatur amicum. eadem
Cauſam dicit, cur deceſſerit. eadem
Excuſat ſe. xi
Conceſſiſſe ſe ait in alium locum, ubi in magno eſt honore. eadem
Accuſat ſuperbiæ quendam. eadem
Hortatur amicum ad viciſſitudinem literarum. eadem
Amari ſe dicit, & inuicem amare. eadem
Hortatur amicum ad librorum lectionem. eadem
Iudicium Philelphi de Quintiliano. eadem
Hortatur quendam, ut libros reddat. xij
Arguit quendam iniuſticiæ. eadem
Gratulatur cuidam, ꝙ magiſtratum acceperit. eadem
Dicit ſe febre liberatum, & quo pacto. eadem

Negligi ſe queritur ab amico. xiij
Accuſat eos qui cõmodo proprio amicitiã metiuntur. eadem
Hortatur quendam, ut rus relinquat. xiij
Abſentem magis ꝙ̃ præſentem laudandum eſſe dicit. Item iocatur de quodam flagitioſo. eadem
Promittit officiũ ſuum, & libros repetit, & epiſtolas petit. eadem
Gratias agit, & Moſei vitam ſe tranſlaturum ſpondet. eadem
Excuſat ſe, ꝙ reſponderit ſerius. Itẽ laudanti ſe reſpondet. eadem
Excuſationẽ accipere ſe dicit. Deinde q̃ndã cõmendat amico. eadem
Amici ſtudium in literis adhortatur. xiiij
Amorem in laudando oculis carere dicit. Deinde pro munere gratias agit. eadem
Excuſat ſe. eadem
Conſilia laudat amicorum. eadem
Laudat quendam, ꝙ patrem in virtute imitetur. eadem
Excuſationem admittit. eadem
Veterem amicitiam ſe colere ait. eadem
Accuſat quendam. xv
Vxoris mortẽ filio nunciat, eumq́; domũ reuocat. eadem
Arguit quendam illiberalitatis. eadem
Excuſatoria epiſtola. eadem
Excuſatoriæ literæ. eadem
Officium filio petit. eadem
Hortatur amicum ad ſcribendum. eadem
Accepiſſe ſe munuſcula dicit amici, ſed poſthac leuiora ſe malle. xvi
Excuſat ſe cur librum non mittat. eadem
Arguit amicum iniuſticiæ erga ſe. eadem
Officium ſuum narrat. eadem
Laudans quendam cõmendat eum amico. eadem
Commendatiua epiſtola, & laudis plena. eadem
Et ſibi, & amico bene eſſe gaudet. eadem
Monenti ut ſibi caueat, gratias agit. eadem
Accuſat amicũ rariſſimæ ſcriptiõis, & officiũ ſuũ illi ſpondet. xvij
Viciſſitudinem literarum poſtulat. eadem
Breuitatem literarum ſubaccuſat. eadem
Excuſat ſe raræ ſcriptionis. eadem
Librum excribendum petit. eadem
Commendatiua epiſtola non vulgaris. eadem
Excuſat ſe raræ ſcriptionis. eadem
Accuſat accuſantem de raritate literarum. eadem
Promiſſa adimpleri petit. xviij

Orationes mittit amico. xviij
Excuſat ſe. eadem
Corripit quendam. eadem
Spem adimit cuidam. eadem
Bene ſperare iubet amicum. eadem
Accuſat quendam torporis,& negligentiæ. eadem
Inuidiam carpit. eadem
Quotuſquiſq; quid ſignificet. eadem
Boetij dialecticam excribi poſtulat. xix
Solicitus eſt de ludimagiſtro. eadem
Iniuriam ſe ferre poſſe oſtendit. eadem
Aduentum ſuum prædicit,& ſaluum conductum petit. eadem
Accuſat ſilentium cuiuſdam,& literas,& noua petit. eadem
Scire deſyderat mentem Principis. eadem
Quendam accipit in amicitiam. eadem
Hortatur amicum,ut exemplo ſuo ſæpius ſcribat. eadem
Inuehit̃ in tabellarios negligentes,& promiſſa impleri petit. eadem
Tabellarij occaſione eadem iterum ſe ſcribere dicit. xx
Mortem Principis narrat. eadem
Romam ſe petiturum dicit. eadem
Libros commodat amico. eadem
Iocatur in medicum. eadem
Lactantium repetit. eadem
Conditionem ſe non poſſe accipere ait. eadem
Neq; conſilij,neq; auxilij locum apud ſe eſſe ait. eadem
Negat ſe plura hoc tempore poſſe ſcribere. eadem
Iliada ſe vendere negat. eadem
Non expedire ait,ut omnia ſcribat. xxi
Corrigit inſumulantem ſe negligentiæ. eadem
Amicitiam laudando,operam petit amici. eadem
Inſeruire ſibi a diſcipulo deſyderat. eadem
Amici promiſſa non reſpondere ſuis ait. eadem
Illiberalitatis accuſat amicum. eadem
Amicũ certiorẽ facit de reb⁹ ſuis,& de ſtatu ciuitatis,petitq; cõſiliũ. eadẽ
De eadem re. eadem
Tabellarij verbis fidẽ eſſe habendã ait,& amici operã petit. xxij
Pericula ſua narrat,& conſilium petit. eadem
Admonitus gratias agit,& mores ſuos declarat. eadem
Gratias agit Principi ad familiaritatem inuitanti. Item quid differunt Rex & Tyrannus. eadem
Ratione temporis parum eſſe loquendum ait. eadem

Periculoſum tempus eſſe oſtendit. xxij
Accuſatus ſuperbiæ, excuſat ſe. eadem
Arguit quendã non obſeruatæ promiſſionis. xxiij
Sanari vulnera petit ab eo qui inflixit. eadem
Laudat quendã græcæ literaturæ ſtudioſum. eadem
Comparatio Hieronymi & Auguſtini. eadem
Anguſtiam ſuam oſtendit. eadem
Loqui ſe ait per tabellarium. eadem
Conſilium petit. eadem
Conſuli ſibi petit propter pericula. eadem
Dicit quoſdã amicos, donec utilitas deceſſerit. eadem
Laudat quendã, ꝙ mortali philoſophiæ operã dat. xxiiij
Conſolatur amicum in aduerſa fortuna. eadem
Libros repetit. eadem
Arguendo quendam libros ab eo repetit. eadem
Literas ab amico petit, & libros ſuos repetit. eadem
Iocatur in amicum ruri manentem. eadem
Pecunias ſibi ſolui petit. eadem
Literas repetit. xxv
Sthomachatur cuidam ſibi moleſto. eadem
Traditum ſe queritur obliuioni. eadem
Operam amici importune petit. eadem
Certior fieri petit de proſpero ſtatu amici. eadem
Grata fuiſſe ſcripta amici dicit. eadem
Suadet amico, ut etiã in ſenio non quieſcat a ſtudio. eadem
Amicorũ omnia eſſe cõmunia. Carmina ſua repetit. eadem
Carmina iterum reddi ſibi poſtulat. eadem
Literas amici laudat, eumq; ad virtutẽ hortatur. xxvi
Promiſſa confectum iri petit. eadem
Ad idem. eadem
Officium petit amici. eadem
Petit ut ad ſe amicus veniat. eadem
Anxium ſe ait ſuper valitudine, & abſentia filij. eadem
Silentium diuturnum accuſat. eadem
Silentium carpit. eadem
Literas a diſcipulo petit. eadem
Plantas ſibi mitti petit. xxvij
Librum ſerio petit ſibi reddi. eadem
Conſilium mutatum ab amico miratur. eadem
Hortatur amicum, ut libros tandem reddat. eadem
Pollicita maturari deſyderat. eadem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0010-6

INDEX.

Expediri petit quod in rem ſuam ſit. xxvij
Librum repetit. eadem
Lr̄as ſe nondū accepiſſe dicit. Deinde ſtatū ſuū ſignificat. eadem
Dicit ſe nihil accepiſſe promiſſi. xxviij
Amari ſe lætatur, & rediturum ſe ſpondet. eadem
Laudat amicum, ꝙ ſe amat. eadem
Accuſat quendam raræ ſcriptionis. eadem
Silentium accuſat, & literas petit. eadem
Salarium duplum petit, ut redeat. eadem
Diligere ſe ait amicū, & ſp̄ dilecturū, etiā ſuū pollicet̄ aduentū. eadem
Peſtilentiam ait incrudeſcere. eadem
Certior fieri petit de cōmiſſis. xxix
Commendat filium. eadem
Loqui ſe ait per filium, qui literas pertulit. eadem
Nihil quod ſcribat, occurriſſe ait. Item de podagra. eadem
Promittit ſe curaturum omnia. eadem
Nomina librorū priſcorum deſyderat ſibi ſcribi. eadem
Arguit amicum auariuſculum factum. eadem
Commendatio ironica, ac ridicula. eadem
Peſtilentiam ſe timere ait, & conſilium petit. xxx
Peſtilentiam incrudeſcere ait. eadem
Paupertatis incōmoda narrat, & conſuli ſibi petit. eadem
Cur breuis ſit indicat. eadem
Filium ad ſe rediturum ſignificat. eadem
Stomachatur ꝙ literas ad ſe datas non acceperit. eadem
Conqueritur ſe literas non accepiſſe, & venturū ſe ſpondet. eadem
Laudat amicum. Literas petit. xxxi
Conqueritur ſe pecuniam non accepiſſe. eadem
Deſyderium videndi amicum inſinuat. eadem
Venturum ſe dicit, & literas regis expectat. eadem
Excuſat ſe apud amicum, & ei negocium dat. eadem
Silentium latenter accuſat. eadem
Officium petit amici. eadem
Profecturum Cremonam ſe dicit. eadem
Eiectum ſe ab urbe dicit ob peſtem. eadem
Hortatur amicum, ut res aſſeruet, neͅ furto ſurripiantur. eadem
Eiectionem ſuam narrat. eadem
Amici præſentiam petit. eadem
Amicum ut ſe conueniat orat. eadem
Longum ſilentiū excuſat, & ſtatum ſuū indicat. xxxij
Incommoda ſua narrat amico. eadem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0011-1

Gratias agit de tritico promiſſo. xxxiij
Officij neglecti ſubaccuſat amicum. eadem
Domum ſibi conduci petit q̃pocyſſime. eadem
Domũ qualẽ conduci velit. Item ne quid ſignificet. eadem
Reuerſurum ſe dicit Papiam. eadem
Certior fieri cupit de rebus ſuis domeſticis. eadem
Moneri quendam petit, ne ſibi moleſtus ſit. xxxiiij
Silentiũ ſuũ excuſat, & ſtatũ ſuũ narrat, atq; propoſitũ. eadem
Reſponſum petit. eadem
Conqueritur ſibi promiſſa non ſeruari. eadem
Excribi Plinium petit. eadem
Accuſat quendam perfidiæ. eadem
Reſpondet lr̃is amici, eũq; laudat beniuolentiæ. xxxv
Gratias agit pro beneficijs. eadem
Commendat quendam apud amicum. eadem
Iniuriam ſibi factam narrat. eadem
Accuſat amicum obliuionis. eadem
Officium laudat amici. eadem
Officium petit amici. eadm
Opem filio petit redituro. eadem
Certior fieri de ſtatu amici petit. xxxvi
Commendat amicum amico. eadem
Commendaticia epiſtola. eadem
Commendari exemplar petit, ut excribatur. eadem
Iuuari ſe petit literis alterius. eadem
Conqueritur de tarditate officij. eadem
Gratias agit ei, qui filium ſuum bene tractauit. eadem
Hortatur amicum, ut non obliuiſcatur cõmiſſorum. eadem
Librum petit, ut ſuum emendet. eadem
Hortatur filium, ut præſuli obſequatur. xxxvij
Hortatur filium de libris inquirendis. eadem
Arguit filium, ꝙ iuſſa non perfecerit. eadem
Donat amicum carmine quodam. eadem
Memorẽ ſe dicit amici. Item accuſat amici ſilentiũ. eadem
Quanti liber emi poteſt, dicit. eadem
Gratulat̃ amico dignitatẽ aſſecuto, cui & muneri dat libros. eadem
Officium petit. xxxviij
Reſponſum a filio petit, ut ſua ſcripta mittat amicis legenda. eadem
De literis legendis officium petit amici. eadem
Gratias agit, ꝙ amicus ſibi morem geſſit. eadem
Aegrefert cunctationẽ ſuam, & de ſatyris ſuis ſcribit, & laudat librum

ſatyrarum. xxxviij
Certiorem facit amicum de rebus ſuis. eadem
Succeſſus ſuos narrat, & officiū petit in familiā ſuam. eadem
Arguit filium fugitiuum, & de ſacerdotio conſilium dat, & inconſtantiæ filium arguit. xxxix.
Ad amicum de negocijs illius accuſat amicos, & iubet amicum bene ſperare. eadem
Accuſat tabellariorum incuriam. eadem
Excuſat ſe, ꝙ morem non geſſerit amico. eadem
Mendacij quendam arguit, & librum repetit. eadem
Libros ſibi reſtituendos ſerio curat. xl
Donat amicum libris ſuis. eadem
Gratulatur amico de probo filio. eadem
Cunctationis cauſam narrat. eadem
Libros repetit. eadem
Operam petit amici in rem ſuam. eadem
Gratias agit. xli
Excuſat ſe, ꝙ diſtulerit officium ſuum. eadem
Silentij cauſam reddit, & operam ſuam ſponde. eadem
Obſequium ſuum offert amico. eadem
Literas ſuas conqueritur interceptas. eadem
Locum & tempus præfinit conueniendi amici. eadem
Admonet quendam, ut ſibi inſeruiat. eadem
Gratias agit, & promiſſa petit adimpleri. xlij
Hortatur amicum, ut compleat promiſſa. eadem
Gratificatur amico pro munere. eadem
Operam petit amici. eadem
Gratias agit amicis laudantibus, promittitq; aduentū ſuū. eadem
Pecuniam ſibi commodari petit. eadem
Dicit ſe quendā cum ſummo Pontifice in gratiā redegiſſet. eadem
Equuleum laudat. xliij
Reſponſum petit. eadem
Excuſat ſe de ſilentio. eadem
Commendat quendam. eadem
Dicit ſe peragere ſibi mandata, & gratum ſe oſtendit. eadem
Miratur ſibi nihil eſſe reſponſum. eadem
Infidum quendam eſſe dicit. eadem
Gratum ſe eſſe dicit. eadem
Excuſat ſe præclare, ꝙ amicum non ſalutauerit. eadem
Laudat amicum. xliiij
Literas petit de ſtatu amici. eadem

Interrogat de nauigio. eadem
Excuſatoria epiſtola. eadem
Excuſat amicum non reſcribentem, & tamen cum vacabit, ut ſcribat, orat, certiorq; fieri petit de eius ſtatu. eadem
Laceſſentem ſe monet, ut deſinat. eadem
Laborare amicũ ex crure dolet, & lr̃as ſuas illi nõ redditas. xlv
Cauſam ſilentij reddit. eadem
Literas petit. eadem
Oſtendit ſe rebus ſuis velle proſpicere. eadem
Excuſat occupationes amici. eadem
Pelliri a Principe veſtem ſuam petit. eadem
Debitorem quendam dicit eſſe ſoluendo. eadem
Nec ſimulandum, nec diſſimulandum eſſe. Laudatq; amicum, ꝙ ſe totum patefecit ſibi, & pollicetur officium ſuum. eadem
Amico gratias agit pro beneficijs, & libros illi mittit. xlvi
Petit quippiam a ſummo Pontifice. eadem
Operam petit Cardinalis. eadem
Gratum ſe oſtendit. eadem
Literas mittit filio reddendas. eadem
Hortatur amicum ad viciſſitudinem literarum. eadem
Codicem Alberthi magni petit. eadem
Filij cauſas expediri rogat. xlvij
Reddi petit literas filio, ut properet domum. eadem
Recte ſe conſuluiſſe dicit. eadem
Deſyderat literas amici, & libros illi mittit. eadem
Hortatur filium ad bonas artes. eadem
Gratificatur amico duplici ratione. eadem
Cauſam cur non reſcripſerit, narrat. Deinde laudat amicum de eloquentia. eadem
Negocium nondum perfectum dicit. xlviij
Libros abſolutos eſſe dicit, epiſtolas alijs tradendas mittit, ac de futuri temporis qualitate inquirit. eadem
Opera ſua mittit amico, a quo & lr̃as petit, & fauorẽ in tabellariũ. eadẽ
Literas ſibi non eſſe redditas dicit. eadem
Oſtendit amico quid ſuperandum, quidve vitantum ſit. eadem
Promittit officium ſuum. eadem
Promittit pluribus verbis officium ſuum. eadem
Gratum ſe eſſe dicit de beneficijs acceptis. xlix
Arguit quendam furti, & librum repetit. eadem
Silentium accuſat. eadem
Dotem filiæ petit ſibi impetrari a Principe. eadem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0014-8

Pecunia ut ſibi ſoluatur petit. xlix
Promittit obſequium ſuum. eadem
Literas annexas reddi petit amico. eadem
Arguit amicum, ꝙ libros non reddiderit. eadem
Gratulatur amico, qui ex ægritudine conualuit. Hortaturq; ut curet valitudinem ſuam. l
Cauſam ſilentiĳ reddit, & aliqua ſibi excribi petit. eadem
Accuſat quendã, ꝙ rem interuerterit. Itẽ de Turco meminit. eadem
Commodata repetit. eadem
Doctrinam cum bonitate coniunctam eſſe debere. eadem
Amicum orat, ut filio bene conſulat. eadem
Librarium ad ſe mitti iubet. eadem
Minatur cuidam, niſi libros reddat. eadem
Literas alteri reddendas mittit. li
Filium admonet, ut ſibi caueat. eadem
Reſpondet illi, qui eum laudauerat, & orationes petierat. eadem
Carmina mittit. eadem
Hypocratis libros mittit amico. eadem
Certior fieri cupit. eadem
Arguit vituperantem ſe. eadem
Detractores carpit. eadem
Operam petit amici. lĳ
Viciſſitudinem excitat literarum. eadem
Literas petit amici, & ſuos illi ſucceſſus indicat. eadem
Orat amicum, ut inquirat de libris. eadem
Gaudet triſtem nuncium in lætiorem commutatum. Item monet, ut quendam hortetur, & excitet. eadem
Gratulatur amico de proſpero ſucceſſu. Deinde monet inuidentiam eſſe contemnendam. eadem
Curare rem ſuam petit. liĳ
Filio peregrinari volenti conſilia dat. eadem
Animum ſuum per alium aperit. eadem
Commendaticiæ literæ. eadem
Hortatur quendam, ut libros reddat. eadem
Hortatur amicum, ut meminerit promiſſorum. eadem
Literas petit. eadem
Promiſſa ut re comprobentur orat. eadem
Petit ut aliquid temporis amicitiæ officio det. liiĳ
Excuſat tarditatem literarum, ꝙ non ſit arbitriĳ ſui. eadem
Maturari petit operam amici. eadem
Laudat quendam fidei in Principem. eadem

Diligentiſſime quendã amico cõmendat. Item excuſat ſe, ꝙ ad ſummum Pontificem non ſcripſerit. eadem
Munera optat comitatu venire literarum. eadem
Docet quibus artibus inſtitui quis debeat futurus medicus. eadem
Filium amico commendat. lv
Filium commendari orat. eadem
Filio ut adſit amicus, optat. eadem
Literas ad ſe ait non eſſe perlatas. eadem
Problemata Ariſtotelis tranſlata mitti ſibi petit. eadem
Gaudet amicum bene habere. eadem
Literas interceptas conqueritur. eadem
Adoleſcentem amico commendat. lvi
Quomodo res ſe habeat, ſcire deſyderat. eadem
Librũ repetit, & petit amicũ admoneri, ut ꝓmiſſa cõpleat. eadem
Officium amici petit in præſentia. eadem
Hortatur amicum, ut quæ promiſerit ſibi perficiat. eadem
Petit ab amico, ut hortetur filium ad virtutem. eadem
Facit amico poteſtatem ſui, ne ingratus ſit. eadem
Auxilium impendi ſibi petit. lvij
Laudat filij peregrinationem. eadem
Beniuolũ facit amicũ ad hoſpitalitatẽ ſuis exhibendam. eadem
Parari poſtulat, quæ ad iter faciundum opus erunt. eadem
Arguit quendam officij neglecti, aut ſpreti. eadem
Gratias agit mirifice. eadem
Reſponſum petit. lviij
Amicitia quomodo orta ſit inter ſe & aliũ quendã narrat. eadem
Minatur cuidam, niſi libros reddat. eadem
Crebriores literas filij petit. eadem
Arguit filium, ꝙ patrem accuſet. eadem
Monet filium, ut & ſæpius, & apertius ſcribat. eadem
Religioſi amico cõmendantur. eadem
Operam a ſe petitam reijcit in alterum. lix
Operam amici petit. eadem
Beneficium beneficio accumulari orat. eadem
Ad quæſtiones a quodã philoſopho propoſitas rñdet. eadem

FINIS.

FRANCISCVS PHILELPHVS POETA Franciſco Barbaro Oratori S. D.

¶ Aduentũ ſuũ narrat, & peſtilentiæ vim declarat.

QVod tibi iucundiſſimũ eſſe puto, nudiuſtertius Venetias ex urbe Conſtãtinopoli adueni. Vnde abeſſe te & doleo, quia ſuauiſſima tua cõſuetudine frui non licet; & gaudeo, ꝙ ſalutis tuæ rationẽ habeas. Nã furor peſtilẽtiæ parcit nemini, nec ullis remedijs aut arceri poteſt, aut reprimi, ne ſi Aeſculapius quidẽ ipſe, huiusve filius Podalyrius, & Machaon, cum Apide una illo, qui primus medicinã dicit̃ inueniſſe, propulſatores, & curatores adſint. Quare cum vita ſis digniſſimus, facile, & æquo aĩo patior abſentiã tuam, dum tñ literis creberrimis p̃ſentis tui deſyderiũ reſartias. Vale. Ex Venetijs. iiij. Idus Octobres. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcus Philel. Danieli Veturio. S. D. P.

Agit amico gratias, ꝙ ex peſte fugiendum ſuadet.

AGo tibi gr̃as ĩmortales, ꝙ tanta beniuolẽtia me cõplecteris. Non eñ ſine magna quadã amoris vi me hortaris, ut in tãtis peſtilẽtię ignibus Venetijs eſſe nolim, ſed vel Patauiũ concedã, vel alio, ubi tutius vitę meæ cõſultũ ſit. Si dixero me oĩo expertẽ metus, plane mentiar. Metuo eñ, ſed non tã mihi, q̃ꝫ cum infanti filio, uxoriꝗꝫ adoleſcẽtulæ, tũ reliquæ etiã familiæ, q minus fortaſſe ſibi caueri norint. Nec ſatis ſcio qd faciã. Nã Patauij q̃ꝫ, & in reliq̃s ꝓpinquis urbibus, efferatã hanc morbi ĩmanitatẽ audio incrudeſcere. Quare aut nuſq̃ꝫ eſt mouẽdus pes aut fugiendũ lõgius, ubi pacatior ſit aeris clemẽtia. Conſiliũ tñ tuũ non poſſum nõ ꝓbare. Vale. Ex Venetijs, Kal. Nouẽbribus. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcus Philel. Victorino Feltrenſi. S.

Conſilium approbat.

EGo te virũ nõ ſolũ mei amãtiſſimũ, ſed & prudẽtẽ, & bonũ iãpridẽ eſſe cognoui. Admonitionẽ tuã nõ poſſũ nõ ꝓbare. Sed q mare ingreſſus ſit, nõ hẽt ventos in manu. Aduerſos cõtrarios etiã flat⁹ tantiſp nitẽdũ eſt, dũ vel fortuna, vel de⁹ aliq̃s portũ obtulerit, ſi minus optatũ ſaltẽ tutũ. Sententiã meã tenes. Vale. ex Vene. vi. Kal. Decẽ. xxvij

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S. D.

Arcas cum libris & veſtibus petit.

QVoniã natalis Chriſtianus iam propemodum pulſat fores, facies mihi rem gratiſſimã, ſi quas arcas, anteq̃ꝫ ego forem ex Conſtantinopoli ſoluturus, ꝑ illius temporis naues ad te miſi, mihi reddi curaueris. Non eñ ſolũ libris nõnullis mihi opus eſt, qui arcis ſeruant̃, ſed etiã veſtimentis, tũ meis, tum uxoris. Et ut de me ſileam, me quotidie uxor rogat, ne ſe diutius priuem voluptate ſuarꝫ veſtium. Quare niſi ad

proximũ natalem huic morẽ geſſero, ſe ab me deludi exiſtimabit. Nam neqꝫ te latere debet ingeniũ muliebre, & ego uxori ea negare nõ auſim, quæ vitæ cultui, decoroqꝫ debent̃, adoleſcentulæ præſertim, mihiqꝫ morigeræ. Vale. Ex Venetĳs. xvi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxvĳ.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Capanorenſis S.

Aduentum ſuũ narrat, & verſura quid ſit.

QVod meũ in Italiã reditũ iucundiſſime acceperis, eſt mihi exploratiſſimũ. Noui em̃ bonitatẽ tuam & animũ erga me. Q; aũt certior fieri vis de rebus meis, exponã breui. Vereor in eam fabellã incidiſſe, quæ de cane dicit̃, qui umbratilẽ ſecutus imaginẽ, quã ferebat rictu carnẽ reliquit. Erant mihi Conſtãtinopoli læta om̃ia, & ſecunda. Dum amicis his obſequor, ductus ingẽti ſpe, captusqꝫ promiſſis, incertam fortunã certis ornatiſſimisqꝫ cõmodis anteposui, & ne lõgior ſim, mihi deluſus videor. Quo fit, ut aliunde mihi cõſulendũ ſit. De verſura quod ſcire vis, dupliciter exponi ſolet, cũ aut fœnus fœnore, aut creditor creditore vertit̃. Et ut apertius loquar, ſi qñ æs alienũ nobis conflatũ fuerit, nec tantũ nobis pecuniarꝫ ſit, ut id diſſoluere liceat, aut ubi tẽpus diſſoluendi aduenerit, fœnus addimus priori fœnori, aut mutamus creditorẽ, ab altero ſcilicet uſurariũ æs accipientes, quod alteri reddamus. Vale. Ex Venetĳs. xv. Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxvĳ.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Petit ſibi, rebusqꝫ ſuis conſuli.

NOlo mea cã quicqꝫ patiaris incõmodi. Nã tua mihi vita nõ libris ſolũ, et veſtimẽtis, ſed mea etiã vita charior eſt. Poſteaq̃ id cubiculi ubi mea illa bona cõtinent̃, ſuſpectũ eſt, ꝓpter eũ qui in eo loco peſtilẽtiali morbo correptus exceſſit e viuis, non ſolũ expectabo, ſed diu etiã, multũqꝫ expectabo, q̃ad aer ad ſalubritatẽ redierit. Sed interea tp̃is ut mihi, rebusqꝫ meis cõſulas, te plurimũ rogo. Nã diutius ita agere nec poſſum, nec volo. Si ꝓmiſſa mihi ſeruant̃, manendũ eſt, id q̊d eo libentius ſum facturus, quo video me tibi, cũctisqꝫ patricĳs eſſe chariſſimũ. Verũ diuturnionẽ ſpem precio emendã nequaqꝫ cenſeo, in hac p̃ſertim temporꝫ pernicie. Vale. Ex Vene. xv. Kalen. Ianua. M. cccc. xxvĳ.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Honeſtati ſatiſfeciſſe ſe ait, & utilitatis habendã eſſe rationẽ:

q Vod me hortaris ad patientiã, nõ contẽno. Eſt em̃ ea quædam ſpẽs fortitudinis, qua res arduas, difficilisqꝫ perpetimur honeſtatis, utilitatisve gr̃a. Ego me honeſtati ita videor ſatiſfeciſſe, in tanta p̃iculorũ, actã intolerabili magnitudine, ut plus mihi honeſtas iã debeat, q̃ꝫ ego honeſtati. Reliqua ratio eſt utilitatis, quã in hanc diẽ ſcio mihi fuiſſe nullã, poſteaq̃ꝫ ex Græcia ad vos redĳ. Nec quæ futura ſit, poſſum augurari. Sum equidẽ apud vos perlibẽter, ſed diu eſſe nõ poſ-

ſum. Itaqꝫ te etiam atqꝫ etiā rogo, ut proſpicias in rebus meis. Val. Ex Venetijs, ex ædibus noſtris. xiiij. Kalen. Ianuarias. M.cccc. xxvij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Conqueritur ſibi promiſſa non ſeruari.

QVod mihi gratularis de meo in Italiā reditu, lætor equidē meū tibi ꝓbatū iri cōſiliū. Verū in hāc diē fortuna cōſilio non rñdet. Nam quā mihi ſpem apud Venetos ampliſſimā ꝓpoſitā ſum ſecutus, ea me video fruſtratū iri. Itaqꝫ me facti mei iā pœnitet, & ſi conſiliū nequaqꝫ eſt accuſandū. Hic em̄ diutius mihi cunctandū non eſt, cui neqꝫ ꝓmiſſa ſeruant̄, & morbus peſtifer, q̄ uniuerſa ciuitas eſt correpta, īminentē interminat̄ interitū. Vale. Ex Venetijs. x. Kalen. Ianuarias.

¶ Franciſcus Philel. Gabrieli Mauro. S.

Hortatur quendam ad ſtudium literarū, deinde ponit differentiam inter feciales & caduceatores.

LAudo te mihi Gabriel, q̄ te a lr̄is abdicare nolueris, ut ſolent nōnulli vulgo, ubi ad gerendā remp. ſe cōtulerint. Lege ſemꝑ aliquid aut ſcribe, cum tibi licet per publica munera. Magno tibi cōmodo (mihi crede) literæ ſunt futuræ, ſi his uti pro ingenij tui magnitudine, præſtantiaqꝫ volueris. Nunc ad id quod petis. Vis em̄ ſcire, quid interſit inter feciales & caduceatores. Feciales eos fuiſſe conſtat apud priſcos, qui certa iuris ſolēnitate bellū hoſtibus indicebant. At caduceatores eſſe pacis legatos, dictos a caduceo, quē manu geſtabāt, & caduceū quidē ipm̄ Apollinē inueniſſe, & eo donaſſe Mercuriū, a quo ipſe lyra donatus ſit. De qua quidē re apud Horatiū mentio eſt, in eo carmine quod incipit, Mercuri facunde nepos Atlantis. Vbi etiam patet Mercuriū auctorem extitiſſe non lyræ ſolum, ſed & eloquētiæ, & paleſtræ, & præſtigiorū. Vale. Ex Venetijs. pridie Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Conſtans & grauis eſſe vult.

REcte mones, & pamice, ut nō vitæ minus, q̄ Conſtātiæ habeā rationē. Fruſtra em̄ eam eſſe Cōſtantiā, quæ ſit cū vita pitura ſit. At ego ut tibi vera loquar, & ex animi ſnīa, nihil eſt q̄d malim, q̄ me cōſtantiſſimū, ſimulqꝫ grauiſſimū & eſſe, & haberi. Multa hoīm opinioni, multa famæ cōſentiēda ſunt. Non em̄ qd' interius ſit, ſed q̄d exterius ſæpe hoīes iudicāt. Itaqꝫ quādiu mihi per hāc cæli intēperiē integrū fuerit, nō patiar vel ab imperitis accuſari officiū meū. At dixeris, ſatis ac ſuperqꝫ tuo es funct⁹ officio, cū non ꝓmiſſione minus, q̄ ſpe tua fruſtraris. Et id q̄ꝫ tibi aſſentior, verū nixius urgendū, quo pudor me⁹ alios in pudorē agat vel iuitos. Itaqꝫ rem mihi pergratā facturus es, ſi quid ex te & meæ, et amicorū ſimul rei profuturū excogitaris. Vale. Ex Venetijs. iij. Nonas Ianuarias, Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Gabrieli Mauro. S.

Amicorum paria quattuor.

QVuod ſcire a me vis quot fuerint amicorū paria, priſcorū memoria maxime celebrata, ea reperio quatuor numero extitiſſe. Theſeum & Pirithoū, Achillem & Patroclū, Oreſten & Pyladē, Phythiā & Damona. Addunt etiā iuniores apud Græcos Epaminundā & Pelopidā. Vale. Ex Venetijs, Idibus Ianuarijs. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Andreæ Iuliano. S.

Dolet ſe non poſſe gratificari.

MAximas tibi grãs habeo mi Andrea, ꝙ oĩbus in rebus mihi gratificaris. Vellem autē mihi aliqua te digna offerret occaſio, non habendæ ſolum, ſed etiā referendæ gratiæ. Intelligeres profecto, me unū oĩm eſſe gratiſſimū. Itaqꝫ eo mihi moleſtior eſt, eo inimicitior præſentis peſtilentiæ vis, qua uniuerſus populus miſere vexatur, quo futurū video, mihi locū ſublatū iri declarādi tibi beniuolentiſſimi animi mei. Cogor em̄ habere vitæ rationē. Quare hic diutius eſſe non poſſum, ea preſertim fruſtratus ſpe, qua ductus ad vos reuerterā. Nec eſt ꝙ quenqꝫ accuſem, ꝑterqꝫ cum ſæuientē fortunā ipſam, tum nimiā meam credendi facilitatē. Vnum tibi tñ perſuade, me tuū eſſe, ſemperqꝫ futurū. Vale. Ex Venetijs. iij. Kalen. Februarias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Receſſurū ſe ſcribit propter peſtilentiā.

CVm indies magis, atqꝫ magis Venetijs tp̄s tero, ea ductus ſpe quā mihi tot lr̄æ tuæ, cū pulcherrimæ Conſtātinopoli agerē tanta cū charitate, fideqꝫ promiſerāt, ecce nudiuſtertius repēte febris peſtifera, ſeruā mihi unā adorta eſt, quā hodie interemit. Quo fit, ut hic mihi diuti⁹ cunctādum nō ſit. Intra quatriduū ſum hinc Bononiā verſus abnauigaturus. ubi ſi honeſtā conditionē offendero, ulterius ꝓfecturus nō ſum. ſin minus honeſtā, ad Florētinos me recipiā. Tu ſi qđ interea tp̄is me vis facturū, ſignificato lr̄is, nā poſt quatriduū fruſtra ad me ſcripſeris. Vale. Ex Venetijs. v. Idus Februarias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Profectionem iam prædicit amico.

EGo, quod fore nunqꝫ putaui, hoc veſperi nauē inſcēdere inſtitui, Ferrariā verſus nauigaturus, inde Bononiā petā. ubi ſi honeſta mihi conditio ꝓpoſita fuerit, eam accipiā. Nam ſi ſecus acciderit concedā ad Florentinos, quos audio Græcæ literaturæ, atqꝫ eloquētiæ in primis ſtudioſos. Quicquid egero, ꝙ̄primū tibi declarabo lr̄is, quo meos ad me libros aduolaturos cures. His em̄ mihi (ut ſcis) admodum opus eſt. Vale. Ex Venetijs, Idibus Februarijs. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S. D. P.

Quã honorifice ſit exceptus narrat.

VEni Bononiã mi Auriſpa, ſecundis (ut aiunt) auibus. Eodem em̃ die quo urbẽ ſum ingreſſus (is aũt fuit tertius ex quo a te abij) tantus eſt concurſus ad me ſalutantiũ factus, non ſcholaſticorum, & doctorum ſolum, ſed uniuerſæ prope ciuitatis, ut nihil neq; frequentius, neq; honorificentius dici queat. Poſtridie venit ad me, nomĩe apoſtolici legati Lodouici Alamandi Cardinalis Harelatenſis, Alberthus Florentinus, vetuſta, ac nobili natus Alberthorum familia, quæſtor apoſtolicus, præclarus iureconſultus, & vir omni virtute p̃ditus. Is me ubi perhumane, & per benigne allocutus eſt, hortatur ut ſecũ una ad Cardinalem eam, quippe quẽ diceret eſſe percupidũ videndi me. Huic ego ubi obtẽperaſſem, ad legatũq; veniſſem, eſſemq; breui apud eũ, ſed non incõmoda uſus or̃one, tanta me is cũ hilaritate, & cũ tanta verborum honorificẽtia excæpit, ut nihil neq; hilarius, nec honorificẽtius dici poſſet. Deinde p̃multa eſt ultro pollicitus, quæ iccirco non refero, ne videar cuiq; ambitioſior. Et ne te diutius morer, ego Bononiæ ſum futurus præfectus, annuo docendæ oratoriæ & moralis philoſophiæ muneri, cũ ſalario aureorum quadringentorum quinquaginta, quorum trecenti ſoluũtur mihi ex ære publico, centũ vero & quinquagĩta priuatim mihi legatus ip̃e daturus eſt, fecitq; iam mihi quinquaginta numerari, addiditq; alia plura dono ad uſum cultũq; domeſticũ. Quare quantũ licet ſperare q̃ optime nobis hoc initio conſultum intelligo. Vale mi Auriſpa, & me ama. ut facis. Ex Bononia. vij. Kalen. Martias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Marco Cãnetolo. eq̃ti aurato. ac iurecõſulto. S.

Corrigit laudationem amici de ſe.

QVibus me laudibus heſterno veſperi extuleris apud p̃ſulẽ hunc noſtrũ apoſtolicũ legatũ, plerîq; viri graues, & amici mihi renũciarũt. Ego aũt & ſi miratus certe nõ ſum, q̃ eũ ornaueris qui te & amat, & obſeruat plurimũ, malo tñ de me poſthac partius loquaris, ne te qui grauiſſimus & habearis, & ſis, minus conſideratũ in laudando iudicẽt. Non em̃ ipſe de me profiteor, at ne ſentio quidẽ quæ tu tã fidẽter, & tã amplo ore, & affirmes, & p̃dices, Sed facis tu ſane, ꝓ magnitudĩe, & benignitate animi tui, q eos oĩs tui ſiı̃es eſſe iudicas, q̃s in amicitiã tuã admiſeris. Itaq; tibi habeo gr̃as, q̃ me tuũ eſſe dilucide cognoris. Vale. Bononiæ ex ædibus noſtris. xij. Kalen. Apriles. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Depoſitum reddi poſtulat.

IOannes Corbitius mercator Florẽtinus meo noĩe te adibit, ut meos ſibi des ad me libros, una cum rebus om̃ibus, quas depoſui apud te. Quod ut facias, te etiam atq; etiã rogo. Nam his diutius carere non poſſum. Vale. Ex Bononia. x. Kalen. Maias. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Capanorenſi. S.
Cur nõ ſcripſerit. Item laudat Bononiam.

QVod iã diu meas nullas acceperis l͞ras, aliud certe nihil fuit in cauſa, q̃ tuũ diuturnũ ſilentiũ. Quo factũ eſt, ut putarẽ te quęrẽdę pecuniæ magis, q̃ colẽdæ amicitiæ factũ ſtudioſum. Itaq; verebar, ſi ad te ſcripſiſſem, ne ĩportunus magis, q̃ officioſus accederẽ. Nunc aũt lecta pulcherrima tua ad me ep͞la, intellexi rediĳſſe iam Muſas cũ vetere amico in gratiã. Quare nõ poſſum nõ gratulari mutuæ n͞ræ beniuolentiæ, quæ vel abſentis viciſſitudine literaꝝ conat̃ præſentis reddere. Qđ quidẽ humanitatis, ac benignitatis officiũ ne utiq; p̃termittamus, æque ſperare de te debeo, ut de meipſo poſſum ĩmutabiliter ꝓfiteri. Quod autem laudas meã ambitionẽ a Venetis, gaudeo conſiliũ meũ omne laudari abs te, viro & optĩo, & prudenti, mihiq; amiciſſimo Nã ꝙ ſcire cupis, q̃ me delectat Bononiẽſis mãſio, delectat ſane plurimũ. Nã & urbs amœna eſt, & pp͞lus ꝑhumanus, & rerũ oĩm, quæ vel ad victũ, vel ad vitæ cultũ attinẽt, magna abundãtia & laudatiſſimaꝝ oĩm artiũ ſtudium vehemẽs. Præterea, q̃d me maxĩe delectat, oĩbus ſum gratiſſimus. Faciat deus, ut nobis hoc gaudiĳ ſit perpetuũ. Tu vale, & ſi quid eſt q̃d poſſim tua cauſa, ſcribe. Ex Bononia. iĳ. Idus Maias. M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.
Factionem naſcentem notificat.

ADmonitionẽ tuam libẽter admitto, ac probo. Idem etiã ex aliĳs
a audiui. Si res, ut cœpit, proſpere ſucceſſerit, nuſq; hinc mouebo pedẽ. Sin aliter acciderit, pro tẽpore nauigabo. Nam neſcio quid monſtri hos inter ſe ciues alere audio. Quod ne q̃d pariat magnæ calamitatis, non poſſum non vereri. Ego aũt in oẽm fortunam paratus ſum. Vale. Ex Bononia. vi. Kalen. Iunias. M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.
Hortatur amicũ, ne laboret de reditu ſuo.

NArrauit mihi Ioãnes Corbitius, quãta me beniuolentia complecteris, & q̃ de nobis non modo amice, ſed etiã honorifice es locutus. Addiditq; te propediem effecturũ, ut vel Venetĳs, vel Patauĳ q̃ honeſtiſſime eſſe poſſim, quare non eſſe opus, ut libros ſibi meos ad me dares, cum apud vos ſim q̃ honorificentiſſime futurus. Beniuolentia tua mihi certius nihil eſt. Itaq; mirandũ non eſt, ſi de me ſemꝑ amice, atq; honorifice & ſentis, & loqueris. Tibiq; habeo gratias, ꝙ das operam & priuatim, & publice, ut om̃es intelligant me tibi eſſe chariſſimũ, de meo autẽ ad vos reditu nihil eſt hoc tẽpore ꝙ labores. Ea em̃ mihi apud Bononiẽſes conditio eſt, ut hinc honeſte abire non liceat. Noſti tu ſane iampridẽ meum ingeniũ, q̃ pluris facio quod honeſtũ eſt, q̃ quod utile. Itaq; rogo te q̃ poſſum diligentius, ut & libros, & cæteras res me-

as cures ire ad me q̃primum, hoc mihi facere gratius hoc tempore nihil profecto potes. Vale. Ex Bononia. Kalen. Iunĳs. M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Capanorenſi. S,
Laudes de ſe minuit.

ORationem quã petis, dedi ad te. Miror autẽ tam repente ea de re apud vos rumores increbruiſſe. Quod aũt lętaris, nomen noſtrũ tam late p̄ Italiã in oĩm ore v̓ſari, ne me rideas, vereor. Non enĩ is ſum, qui meĳpſius ſim neſcius. Itaq̃ tibi cauendũ eſt, ne aut me, aut te ipm̃ fallas, quoꝵ alterũ iniuſticiæ, alterum aſcriberet̃ imprudẽtiæ. Nec præterea te latet, rumoribus credi non oportere. Ego aũt quantũ annitĩ potero, dabo operã, ne ſecundi iſtiuſmodi rumores falſi oĩno extitiſſe videant̃. Vale. Ex Bononia. Nonis Iulĳs. M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Victorino Feltrenſi. S.
Libros ab alio repetendos ait.

ARiſtotelis artẽ ad Theodectẽ, q̊d antea te monui. Ex Conſtãtinopoli dedi ad virũ clariſſimũ Franciſcũ Barbaꝵ, eo cõſilio, ut eam tibi reddendã curaret. Qđ ab alio factũ non eſſe miror. Itaq̃ velim, ad eũ lr̃as des, atq̃ libros repetas, q̊s ſi minus q̃primũ ad te miſerit, tũc ego iuſta utar expoſtulatione. Qđ de meo ſtatu vis certior fieri, nos hic valemus perbelle. Sũtq̃ nobis ſecũda oĩa, id q̊d indies magis fortunet deus. Vale. Ex Bononia. iĳ. Kalen. Auguſtas M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.
Commendat quendam amico.

ANtonius Capanorenſis, qui a Principe Lucenſi orator it ad Venetos eſt mihi ab ipſa adoleſcentia coniũctus tanta familiaritate, ut vix mihi eius conſuetudine ſit dulcius quicq̃. Nam & Patauĳ ante meã nauigationẽ in Thraciã fuimus condiſcipuli. Et ea eſt urbanitate, morũq̃ elegantia, ut vel ipſos lapides excitare queat in amorẽ ſui. Nam q̄d loquar de præſtãti hominis ingenio, & facundia, q̄d de liberalitate, & animi gratitudine. Dignus eſt profecto quẽ ames. Quod ſi feceris egregie, me non mediocri abs te beneficio affectũ iudicabo. Vale. Ex Bononia. pridie Nonas Auguſtas. M. cccc. xxviĳ.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.
Factionis tumultum narrat.

SVnt hic oĩa procellaꝵ, tempeſtatũq̃ pleniſſima, ob hanc reipublicæ ab eccleſiaſtica ditione defectionem. Deus bene vertat. Bononienſes ipſi de ſe viderint. Ego mihi, atq̃ rebus meis omnino conſulere inſtitui. Non enĩ tutũ eſt Muſis inter gladios, ſicasq̃ verſari. Iã ciuili cruore madent omĩa. Nullus hic ocio, nullus paci relictus eſt locus in tãtis diſcordiarum, ſeditionumq̃ fluctibus. Ita florentiam petam, neceſſe eſt. Nec ſum oblitus conſilĳ tui, ſed neceſſitati parendũ eſt. Tu ſi q̄d melius

habes oñde. Vale. Ex Bononia. Idibus Septẽbribus. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Pallanti Strozæ, equiti aurato. S.

Conditionem accipit de pacta ſibi pecunia.

QVod ſapientis dicto admonemur, quoniã tempus cognoſcendũ eſt, admittere cogimur conditionẽ quæ offertur, p̃ſertim cũ ſub dideris fore. ut in proximũ annũ plus mihi ſalarij detur. Quarę quos trecẽtos aureos mihi recipis in hunc annũ nomĩe tuę florẽtiſſimæ reipub. ita mihi datũ iri volo, ut ſine quotidianis moleſtijs hi mihi ſuis tẽporibus numerent̃. Exiſtimo tibi cõſuetudinẽ meã non eſſe ignotã, non modo fœnerari non didici, ſed ne parcus quidẽ eſſe. Haud em̃ conſueui unq̃ ſeruire nũmis, ſed his potius uti pro ſeruis. Verũ hæc tu pro tua benignitatę q̃ amiciſſime curabis. Ego me interim accingam itineri. Vale. Ex Bononia. xiij. Kalen Octobres. M. cccc. xxviij

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Nicolo. S.

Multis ſibi opus eſſe dicit.

q Vod ad conſtitutũ diẽ Florentiæ me nõ videris, aliud nihil fuit in cauſa, q̃ inopia mulionũ. Nã ſine mulis, q̃bus & libri, & reliq̃ ſuppellex, quã abuſq; Cõſtantinopoli in Italiã aduexi mecũ iſtuc cõuehat̃, pedẽ hinc mouere minime decreui. Itaq; ſi hoc laboris pro tua humanitate capeſſeris, rẽ mihi facies nõ minꝰ gratã, q̃ neceſſariã. Mulis mihi ſex opus eſt. Quod p̃ciũ ꝓ cõuectiõe pepegeris, liberrime pręſtabo. Quæ mihi Coſmi Medicis noĩe polliceris, & audio libẽter, & vt ei me cõmẽdes, te rogo. Ambroſiũ monachũ vt meis verbis ſaluere iubeas, a te peto. Vale. Ex Bononia, pridie. Kal. Octobres. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Andreæ Conſtãtinopolitano theologo ordinis p̃dicatoꝝ, ac Rhodiorũ archiepiſcopo. S.

Integrũ ſibi eſſe negat, ut obſequat̃ amici conſilijs.

LIteras tuas ex urbe Romana cũ libenter vidi, tum lectitaui q̃ iucundiſſime. Erãt em̃ non grauiſſimæ ſolũ, ſed etiã locupletiſſimæ, teſtis ſingularis tuæ erga me charitatis. Quod aũt me hortaris, iſtuc ut q̃ primũ veniã, id mihi hoc tp̃e nequaq̃ eſt integrũ. Nam Florentinis obſtrictꝰ ſum in annuũ docẽdi munus. Nec mihi quicq̃ duco honorabilius fide. Quã ſi paterer meo aliq̃ emolumẽto ĩfirmã fieri, rumores q̃s increbuiſſe clariſſimos de me ſcribis apđ ſummũ põtificẽ, leuiſſimos reddere, ac mẽdacis. Verũ cum per ſtudij vacationẽ dabit̃, ibo in urbẽ Romam, & q̃d me mones, q̃ diligentiſſime tuebor. Qñ aũt hinc mihi mouendũ ſit, nõ ſatis ſcio. Dñicus em̃ Capranicanus, q electus firmanus, ꝓ Martino ſũmo pontifice legatꝰ ap̃licus, maximis viribus urbẽ obſidet, oppugnatq; conſtãtiſſime, nondũ mihi concedere voluit tuti itineris literas. Quid autẽ in cauſa ſit, ignoro. Tu interea temporis vale. Et quod ad tẽpus ſis in Thraciam, Rhodũve ſoluturus, me tuis literis certiorem

facito. Ex Bononia. Idibus Decembribus. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Sardanenſi. S.

Conditionem ſe non poſſe admittere dicit.

Quam mihi urbis reuerēdiſſimi Cardinalis tui, imo nr̃i cōditionē pponis apud nobiliſſimū iſtū munificētiſſimūq; principē Nicolaū Aeſtenſem, & ſi putilis eſt, atq; honorifica, eā admittere nequaq; poſſum. Sum em̄ Florētinis obligatus annuo docēdi munere, & id quidē ornatiſſime. Itaq; imortalis grãs velim agas noīe meo iſti humaniſſimo patri, cui me diligētiſſime cōmendaris, rē facies amicitia nr̃a admodū dignā. Vale. Ex Bono. xiiij. Kalen. Ianua. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Sarzanenſi. S.

Excuſat ſe.

EGo mi Thoma dilectiſſime ſum Florētinæ reipub. iam obſtrictus annuo docendi munere. Itaq; aliam nullā conditionē poſſum amplecti. Quid em̄ dedecoroſius, q̃ vel eſſe, vel haberi leuem. Nam fidem minus ſeruare hominis eſt non iniuſti ſolum, ſed impij. At ſcio non modo reuerendiſſimus pater Cardinalis tuus id ab me factum iri nollet, ſed nec etiam tu, qui ſpeculum es, imagoq; & probitatis, & grauitatis. Vale. Ex Bononia. pridie Kalen. Ianua. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Fidem ſibi eſſe ſeruandam dicit.

DAmnas tu Auriſpa conſiliū meum, q̃ nolim eam conditionē admittere, quā humaniſſimus Cardinalis Bononienſis Nicolaus vir ſanctiſſimus mihi proponit, ſcribisq; futurū, ut me pœniteat mei inſtituti, ſi maluero Florētinis, q̃ magnanimo iſti principi Nicolao marchioni gratificari, addisq;, ut mihi ante oculos ponā & Manuelem noſtrū Chryſolorā doctiſſimoꝝ viroꝝ oīm huius tēpeſtatis principē, dū vixit, & alios nōnullos eruditos, ac diſertos hoīes, quoꝝ nemo diutius potuit agere Florētiæ, ꝓpter varias q̃rundā inſidias, quoꝝ inuidentia terra cœlūq; vexat̃. At ego tibi paucis r̃ndeo. Et oīm primū maxīas tibi & ago, & habeo gratias, q̃ amiciſſime conſulis rebus meis. Sed q̃d mihi faciundū ſuades. Num ut alicuius utilitatis gratia quod honeſtum eſt, negligam. An es oblitus, nihil apud me minus habere ponderis, q̃ rei pecuniariæ rationē. Fidem dedi reipub. Florētinæ, quā ſincere inuiolate, conſtanterq; ſeruabo, nec ulla patiar utilitatis ſpecie meæ initia hæc iuuentæ cuiuſq; leuitatis nomīe accuſari. Inuidentium autem morſus, animi grauitate, atq; magnitudine, me facile vitaturum ſpero. Quod ſi minus mihi licuerit, operam dabo, ut aliorum id culpa factū iudicetur, non mea. Vale. Ex Bononia. Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Aretino. S.

Cauſam cunctationis narrat, & tuti itineris literas optat.

NVlla ego in culpa ſum Leonarde Aretine, ꝙ ad cōſtitutū tp̄s ad vos nō ierim, ſcis em̄ urbē hanc nō obſideri modo ab eccleſiaſticis viribus, ſed die noctuq; acerrime oppugnari. Hi primo qui reipub. p̄ſunt, mihi abeundi nullā dabant facultatē. Qui ubi ab me multis fatigari tum p̄cibus, tum etiā quādoq; cōuiuijs, expoſtulatiōibusq; cā ceſſere, tū legatus ap̄l'icus, qui Martini Pontificis maxī vicē in caſtris gerit, Dn̄icus Capranicus, tuti itineris lr̄as petenti mihi, nullo pacto in hanc diē tribuit. Itaq; haud ſcio q̄d ipſe ſim facturus. Verſor ꝑfecto in maxīs animi curis, ne q̄d conſilij capturus ſim, noui. Niſi fortaſſe mihi iucundū putes, aſpectū quotidianū gladioꝝ, ac ſæuitiæ, cū alij laqueis gulæ frangunt̄, alij obtruncant̄, alij ſcindunt̄ in partes, alij defodiūtur, alij trucidant̄. Quid pluribus: Omnia humano cruore madēt. Iure ne, an iniuria, non eſt meū iudicare. Nā in ciuitate factiōibus, ſeditiōibusq; ardēti, nihil eſt tā iniuſtū, tam impiū: q̄d minus deī & pietati, et iuſticiæ. Hac in re unū remediū dari poſſe intelligo, ut publicis veſtræ reipub. literis contēdatur ab hoc legato apoſtolico, ut me ad vos libere ac tuto ire patiant̄. Tuum igit̄ fuerit id ꝙ̄ primum curare. Quod ſi feceris, fore certo intelligo, ut propediem iſtic mutuo colloquio, & quotidiana conſuetudine nobis inuicē uti liceat. Vale decus literarum, & eloquentiæ, meq;, ut facis, ama. Ex Bononia. Idibus Februarijs. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcus Philel. Gabrieli Mauro. S.

Laudando hortat̄ amicum ad gloriam.

n Ihil mihi fuit iucūdius tuis lr̄is Gabriel mi chariſſime, q̄bus humanitatē tuā, ac morū ſuauitatē, bonitatēq; ingenij ita rep̄ſentas, ut te corā aſpicere, alloqui, & cōplecti videar. Non poſſum mihi nō lætari, ꝙ ſtudijs olim meis, ac lucubratōibus in te adoleſcente inſtituēdo, id me videam conſecutū, ut florētiſſimus ſenatus tuus talē ſit virū te habiturus, qui & ampliſſimæ patriæ futurus ſis ornamēto, & amicis adminiculo, atq; voluptati. Incūbe igit̄ pro viribus, teq; amplificandæ gl'iæ totū dede. Non multos habiturus eſt nobiliſſimus ſenatus tuꝰ ſimiles tui, Noui acrimoniā ingenij tui, noui magnitudinē animi, noui conſiliū, noui probitatē. Nihil habet tua reſpub. te uno cōtinētius, nihil moderatius, nihil ad oīs p̄claras actiones aut ſplendidius, aut ſtrenuū magis. Sed q̄d ego fruſtra ſim longior, q ita videar te adhortari, q̄ſi non ꝑ te ſatis ſis qui & prouidendo, & cōſultādo, & agēdo, nulli rei deeſſe poſſis. De fratris tui Dn̄ici moribus q̄ ſcripſiſti, nō potui, nō dolere. Sed tu fer oīa moderate, ætas em̄ fortaſſis eius animi acerbitatem aliq̄n ad maturitatē aget. Qđ ſi ſecus accidat, tu teipſo contētus eſto. Ego q̄d ſcire vis bene valeo cum uniuerſa familia, migraturus breui Florentiā, ubi honorifice & cōmode ſum futurus. Titum Liuiū meum cōmendo tibi. Vale. Ex Bononia. pridie Kalen. Martias. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.
Vnde & quo pergat, dicit.

ERipui me tandē ex Bononienſi naufragio, quo tota urbs perit, pe toq; Florentiā, quo ſum honorifice, & pulcherrimis quidē pręmiis, publice accerſitus. Itaq; non mireris, ſi in pſentia paucis tecū egi, hæc em̄ ex itinere ſcripſi tibi. Cum Florentiæ mihi per ociū dabit, pluribus tecū agam. Interea tpis rogo te per humanitatē tuā, perq; meā in te obſeruantiā, ut memineris mei, librorūq; meorum q̄ diligentiſſimā curam geras. Vale. Ex Immola. vij. Idus Apriles. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Luſco Secretario Apl'ico. S.
Amico gratulāti, & operā pollicenti reſpondet.

GRatulatio tua Antoni Luſce, nō debet mihi nō pbatiſſima videri, nā & vir es optimus, & mei certe amātiſſimus. Haud em̄ oblitus ſum, & quæ mecū olim Vicentiæ, cū eſſem Cōſtātinopolim nauigaturus, locutus es, & quantā mihi beniuolentiā oſ̄diſti, ac meā rurſus erga te obſeruantiā aīaduerto te memorit meminiſſe. Itaq; maximas habeo tibi gr̄as, q̄ me tanq̄ in principijs animi tui īter honeſtiſſima amicitiæ monumēta ſeruare volueris. Mihi aūt non poſſum nō iure optimo lætari, cū intelligo me nō fruſtra te meis oibus ad probitatē actionibus pinde atq; calcē propoſuiſſe, ad quā dirigendi ſint oēs non bene loquēdi ſolū, ſed etiā bene viuēdi cogitatus, ac ſtudia nr̄a. Quod aūt me hortaris, ut Romanā curiā petam, cum ea ſit ſola eruditionis, & eloquētiæ domiciliū, ad idq; omne ſtudiū tuū, atq; operā polliceris, & conſiliū probo, & adminicula tua oīa libenter amplector. Verū nondū mēſis pterijt, poſteaq; Florentiā veni. Quare neceſſe eſt, ut conſtitutū annum tēpus integre abſoluā. Quod ubi fecero, ſi mihi tua opera, & gr̄a honeſtū locū apud Pontificē maximū proponi intellexero, cōfeſtim in urbē aduolabo. Nā hic quantū mihi augurari iam videor, inter ſcyllā, charybdimq; nauigabo. Quo fit, ut qbus aut rudētibus malū, aut anchoris nauim muniā, haud facile queā hinc puidere. At ego īgenuū ocium malim, q̄ periculoſum negociū. Nam hæc urbs nō multo minus, q̄ Bononia factionibus diſſidet, quin eo periculoſius, quo acutiora vident mihi hoīm ingenia, & ad nocendū procliuiora. Vale. Ex Florētia. xiij. Kalen. Maias. Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Lamolæ. S.
Pericula ſibi īminentia amico narrat.

QVod fieri certior ab me quæris, qd ipſe de me ſtatuerim, hoc eſt māſurus ne ſim Florentiæ in pximū annū, an alio conceſſurus, quid tibi reſpondeam haud ſatis ſcio. Delectat me certe urbs, delectant ciues, delectat etiā cœlū ipſum, qd ad præclara, dexteraq; ingenia vim plurimā habet. Cæterū terrent me ciuiles diſcordiæ, quas hic non

minoris ꝙ Bononiæ vigere, & indies ĩualeſcere magis aĩaduerto. At in ciuitate ſeditioſa q̄ quies, quæ tranqllitas ulla cuiq̄ eſſe queat. Quin eo mihi magis hic ꝙ Bononiæ ciuiles diſcordiæ metuẽdæ ſunt, ꝗ Bononienſes tui ſibiipſis nocẽt, peregrinis aũt fauẽt oẽs. At Florẽtiæ ſecus oĩa. Accedit ad hãc difficultatẽ, ꝗ mihi paratæ ſunt priuatæ quędã illoꝝ inſidiæ, q virũ hic doctũ neminẽ vellẽt, q̊ ipſi ĩter luſcos oculatiſſimi viderent. Itaq̄ oĩno hinc mihi alio tandẽ migrandũ eſt, ſi velim & mihi & rebus meis ſalubriter eſſe conſultũ, ſed qm̄ temporꝝ eſt hñda ratio, nunc mihi velificandũ eſt ꝑ ventorꝝ flatib⁹. Quo fit, ut in ꝓximũ quoq̄ annũ hic futurus ſum. Vis aũt peſtilẽtiæ, q̊d noſſe vis, iam ꝓpe oĩs contabuit. Vale. Ex Florentia Kalen. Nouembribus. M. cccc. xxx.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Libros quos alteri commendauit, repetit.

MOuerunt mihi riſum lr̃æ tuæ, q̄bus Macrobiũ, atq̄ Dionẽ, quos cõmodato acceperas, repetenti r̃nderis, eos me tibi dediſſe dono, quo tp̄e Conſtãtinopolim ſum ꝓfectus ad regẽ Romanorꝝ Sigiſmundũ. Et ita niteris oratorie mihi ꝓbare tuũ cõmentũ, ut niſi iuuenis admodũ eſſem, me putarẽ oblitũ mei. At vereor, qm̄ ſenectutẽ attigeris ne ipſe obliuioſus ſis factus. Nã ſunt q ſenectuti imbecillitatẽ memoriæ aſſcribãt. Ego em̄ memoritẽ memini, cũ eſſem triremẽ propę inſcẽſurus, petiiſſe te, ut duos illos codices ad reditũ uſq̄ meũ ex Pannonia, tuæ fidei cõmendarẽ, tutius em̄ eos apud te futuros, ꝙ domi. Cũ vero Conſtãtinopolim reuertiſſem, tu aberas in Italia. Qđ ſi poſteaq̄ in Italiã rediij, illos ſerius repeto, nolo ob id putes me eſſe oblitũ mei. Quare te rogo, ut eos iure poſtliminij uti ſinas. Qđ tum feceris, cũ libri ad me reuerterint. Vale. Ex Florentia pridie Idus Septẽbres. M. cccc. xxxi.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Lamolæ. S.

Conductum ſe ait in triennium.

NE aut te, aut alios, q̊s huc diſcẽdi gr̃a vẽturos ꝑcas, ancipites teneã ad ꝓximũ mẽſem Iuliũ, maxĩo cũ totius huius ciuitatis cõſenſu, ac ſtudio cõductus ſum p̄mio aureorũ trecẽtorꝝ qnq̄genorꝝ in ſingulos annos ꝓ toto triẽnio, cuius qdẽ ſtatuti tp̄is initiũ eſt. xv. Kal. Nouẽbres. Qđ tp̄is curriculũ faciat deus optĩus maxĩus, ut cũ mĩma ĩuidorũ in me moleſtia liceat ꝑcurrere. Vale. Ex Flo. kal. Aug. M. cccc. xxxi.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo, Iurecõſulto. S.

Singulariter Aeneam Syluium cõmendat amico.

EX qua die te Bononiæ primũ vidi, cũ legatus præſtantiſſimi Mediolanenſiũ ducis Philippi Mariæ illac iter faceres, tanta me tibi beniuolẽtia deuinxiſti, ut oĩa me tua cauſa facturũ libenter ultroq̄ receperim, & tu item contra mihi omnia tua ſtudia, & officia es pollicitus. Itaq̄ tẽpus obtulit, ut ipſe anteuertã, cum anteuerti libẽtius vellem

quippe qui in honeſta re opera tua, opeq; uti velim. Qui meas tibi lr̃as reddidit, iuuenis eſt Senenſis, Aeneas Syluius noīe, honeſta natus familia, mihiq; chariſſimus, non ſolū q̄ annos duos meus auditor fuit; ſed etiā qđ ad ingenij acrimoniā, dicēdiq; leporē attinet, morib⁹ eſt & urbanis, & cultis. Cupiditate autem ductus viſendi Mediolani ad vos uenit. Quid multis? hoīem tibi tāto ſtudio cōmendo, ut maiore nequeā. Quicquid in hūc vel officij, vel opis cōtuleris, in meipſm collatū exiſtimabo. Adhortationē autē illam tuā neq; ſum oblitus, nec obliuiſcar quidem, quin ac ipſa de re meus Aeneas iſte tecū verbis meis quædam cōmentabit. Vale. Ex Florentia, Nonis Nouembribus. M. cccc. xxxi.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Panhormitæ. S.

Conſuli ſibi, ſuisq; rebus petit.

EGo mi Antoni mallē iſtic eſſe, ubi quietior mihi (ut exiſtimo) vita offerretur, q̄ Florentiæ. ubi oīa ſunt tumultuaria, plenaq; inuidiæ. Ad quod animi conſiliū, cum multi me hortanť, tum Guarinus noſter in primis. Sunt mihi Mediolani amici nonnulli, ſed Guarneri⁹ Caſtellio, & Nicolaus Arcimboldus, & Aloyſius Crottus oīm primi. Cum iſtis igiť velim de re mea aliquid cōmenteris, & quod ipſi hanc in ſententiā dixerint, ad me & q̄primū, & q̄diligētiſſime perferendū cura. Nam ſi honeſta mihi conditio fuerit oblata, eam non detrectabo. Vale. Ex Florentia. iij. Idus Iulias. M. cccc. xxxij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Factionem Florentinorū moleſtam ſibi eſſe dicit.

QVo in ſtatu poſitæ ſint res meæ, non eſt difficile iudicatu. Vniuerſa hæc ciuitas factionibus tumet. Nec diu abeſſe poteſt. quin pariat maximi quippiam mali. Præterea noſti qui mihi aduerſi ſunt. Vbiq; gentiū malim eſſe, q̄ Florentinæ. Vale. Ex Florentia. iij. Idus Decembres. M. cccc. xxxij.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Comendat amico quendam.

NOſti iampridē quanta mecū familiaritate, atq; beniuolētia iunctus eſt Antonius Capanorēſis. Qui quanq̄ ſua ꝓbitate, & innocentia tibi debeat eſſe chariſſimus, tamē ut mea etiā cauſa aliquid cumuli accedat ad priſtinā tuā in eū benignitatē, te etiā atq; etiā rogo. Vale. Ex Florentia. iij. Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxxij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Pollucem repetit.

MIhi Polluce meo vehementer eſt opus. Itaq; rogo te, ut eum ad me ire q̄primū cures. Nam iſtum tibi tantiſper uſui dedi, donec abs te repeterem. Quare fac ne ſecundū hac de re ad te ſcribam. Vale. Ex Florentia. iij. Kalen. Ianuarias. M. cccc. xxxij.

¶ Franciſcus Philel. Ambroſio monacho. S.

Admonitus a q̄bus caueat, ſuo more uti ſe velle rñdet.

Literæ mihi tuæ ſemper gratiſſimæ fuerunt, & in præſentia q̃ antea longe gratiores. Indicant enim dilucide, ab quibus mihi cauẽdum ſit. Verum utar equidem more meo, ut & nemini noceam, & laceſſitus iniuria me virum eſſe meminerim. Vale. Ex ædibus noſtris Florentiæ, xiij. Kalendas Februarias. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Sarzanenſi. S.

Maturari promiſſa petit.

Placuerũt quæ ſcripſiſti mihi ꝟbis reuerẽdiſſimi cõisq; patris Cardinalis. Nec aliud quicq̃ habeo q̃d reſpondeã, q̃ maturato opus eſſe. Nam hic oĩa ſunt turbulenta, & mihi nequaq̃ tuta. Cauſam tibi iampridem ſignificaui. Cura igitur, ne fruſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale, & me clementiſſimo patri Cardinali & cõmendatũ, & charũ reddito. Ex Florentia, xiij. Kalen. Apriles. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Carolo Aretino. S.

Inimicum corripit, ꝙ ſibi inſidietur.

Svnt nõnulli qui me monuerĩt, ut mihi a te caueã. Moliri em̃ te mihi neſcio quas inſidias, ut qui eruditiõe, & probitate nequeas, facinore mihi noceas. Sum equidẽ id miratus, ꝙ neq; deũ metuens, nec hoĩm famã tanto ſceleri te obnoxiũ ſis facturus, p̃ſertim cum nullã habes iuſtã aduerſus nos cauſam. Non em̃ mihi vitio dandũ eſt, ſi te doctior exiſtimor, magisq; disertus, ſed ĩgenio, ignauiæq; tuæ, qui ſi ita lr̃is & bonaꝝ artiũ diſciplinæ operã dares, ut exercẽdo fœnori, & flagitio, eſſes me fortaſſe multo ſuꝑior. Nam ꝙ iactites his Anchoris te munitũ, ut nullos fluctus, nullos turbines ꝑtimeſcas, vidi ego ꝑſæpe tantũ eſſe ventoꝝ impetũ, ut nullæ anchoræ, nullũ robur, nulla alia munimina ſatis ſint, quæ validiſſimas etiã naues tuean̄t, quo minus obruantur fluctuũ vorticibus, ac patian̄t deniq; naufragiũ. Itaq; prudentius feceris, ſi rationi malueris, q̃ perturbationi parere, quaꝝ altera excutit ex hoĩm mentibus tenebras inſaniæ, perturbatio vero lucẽ ſapientiæ. Tu de me Carole nihil habes, q̃d iure queas expoſtulare. Nam neq; publice, neq; priuatim nocui tibi unq̃. Quin ut ſcis, nõnunq̃ es a me pulcherrime laudatus, vel tũ maxime cum a quibuſdã grauibus, integerrimisq; viris eſſem cõmonefactus, te mihi moliri inſidias. Id em̃ iccirco ab me factũ eſt, ut aliquãdo te puderet tui, atq; reſipiſceres. Sed quantũ poſſum augurari, tanta eſt vis morbi, quo inuidẽtia te excruciat, ut nullis neq; humanitatis, neq; admonitiõis remedijs ad ſanitatẽ redeas. Me tamẽ nullæ tuæ mouebunt iniuriæ, quo minus pergã ſimilis eſſe mei. Vale. Florentiæ, ex ædibus noſtris, Idibus Aprilibus. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Nicolo. S.

Inimicū vilipendendo arguit improbitatis.

Go te Nicolae Nicole, vel ex vſqꝫ Cōſtantinopoli ex Chriſolo-
e ra ſocero meo ſapiētiſſimo, clariſſimoqꝫ viro, quo eſſes ingenio
quibus moribus, ad vnguē didicerā. Cūqꝫ poſtea ī Italiā reuer-
tiſſem, eadē, ac etiā plura, tū ex Guarino Veronēſi, tū ex Ioāne Auriſpa,
viris prudētiſſimis, & apprime eruditis audierā. Nec deſtiti tñ ea p̄ſtare
oīa, quibꝰ te mihi ſumma beniuolētia deuincirē. At nullis meis nec offi-
cijs, nec meritis potui te aliū reddere, ꝗ̄ eſſes & iā factus, & diuturna con
ſuetudine cōfirmatꝰ, quippe ꝗ tibi magne laudi ducas, ſi p̄ſtare id queas
vt uiri oēs docti, & boni tua ōpa, & induſtria Florentia extrudant. Itaqꝫ
gloriarꝫ & Chriſolorā Florētia eſſe a te expulſum, & Guarinū, & Auri
ſpam ambos turpiter eiectos, reliquū eſſe Philelphū vnū, quē aut breui
exulē facies, aut male afficies. Quid iſta ſibi tua velit oratio, nō intelligo.
Nō eñ eiuſmodi ſunt nerui tui, vt mihi ꝗcꝗ̄ poſſis incōmodare. Nā ꝗd
ad Florentiā attinet, ego mea ſpōte inuidiæ cedere inſtitui, nō minis tuis
ꝗ nullarū es viriū, nulliuſqꝫ auctātis vir, non metu potētioris cuiuſpiā,
cuiꝰ opibꝰ, audaciaqꝫ īſanis, ſed vt viuā ıp̄e mihi liber cū muſis. Vides
tu ſane, niſi penitꝰ mētis luminibꝰ captus es, ꝙ vnꝰ Philelphus vniuerſę
ciuitati charꝰ eſt, & ꝑiucūdus Nihil neqꝫ priuatim, nec publice petit a me
fruſtra ſi lapides ipi loqui poſſent, oēs in meas laudes linguas ſoluerēt.
Mihi gratificant oēs, quæcūqꝫ optarim, obſequunt omes, inſeruiūt oēs
Quis vir bonus, & grauis cuiqꝫ aduerſet. bene ꝑmerito, ꝑmereriqꝫ aſſi-
duiſſime ſtudēti? Velim mihi dicas, qđ eſt erratū aduerſꝰ te meū? Nōne
oībus in rebus tibi vſqꝫ morē geſſi? Quid habes qđ mihi des criminis?
Num ſinis te virū iā decrepitū, & rerū humanarū callētiſſimū, ſeduci a
verſuta, maleficaqꝫ vulpecula Carolo Aretino? Nōne aīaduertis aliqñ
deprauatū perditiſſimi hoīs, corruptūqꝫ ingeniū? An pateris eū vti te,
veluti inſtrumēto ꝗdā furoris ſui? Reſipiſce, reſipiſce tandē. Cōſidera an
nos tuos, Qꝫ diu nobiſcū futurꝰ es? Q. ſi nullū putares fore diuini iudi-
cis vel p̄miū, vel ſuppliciū, hoīm tñ de tua vita, atqꝫ moribꝰ exiſtimatio
tibi verēda eſſet. Ego qđ in me erit, vt nunqꝫ p̄ſtiti, ita tibi p̄ſtabo nunqꝫ,
nō mō inimicitiarū, ſed ne minimæ ꝗdē vel ſimultatis, vel indignatiōis
materiā. Vale. Florētiæ ex ædibus nr̄is, Idibꝰ Aprilibꝰ. M. cccc. xxxiij

¶ Franciſcus Philel. Cincio Romano, apoſtolico Secretario. S.

Hortatur amicum, vt promiſſa opera cōpleat.

Vam mihi ſpem iampridē in vrbe Roma corā recepiſti, vt eam
q mihi perducas ad finē, te etiam atqꝫ etiā rogo. Nunqꝫ (mihi cre-
de) intermorietur apud me officiū tuū. Noui bonitatē animi tui,
noui integritatē, benignitatem præſens expertus es. Scio nō falles opini
onem de te meam. Reliquū eſt, vt cœpta perficias. Vale. Ex Florentia pri
die Kalen. Maias, M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Ambroſio monacho. S.

Gr̃as agit officioſo amico. Itē excuſat ſe, ꝙ ꝓmiſſum nō ꝑfecit.

DE re mea te multū habuiſſe ſermonē cum viro clariſſimo Coſmo Medice, et eū de me amiciſſime ſentire vehemēter gaudeo, ꝓſertim cum te (ut ſcribis) ſctīſſime receperit, mihi nō modo non eſſe formidandū mali quicꝗ̃, ſed ne cauendū quidē. Non eñ poterā non ſubuereri, ne q̄d aduerſus me inſidiaꝶ inſtrueret. Verū miror q̄d Laurētius Coſmi frater, quotiens in me incidit, ſemꝑ obliquat faciē, ſalutatusq; a me rñdet oīno nihil. Sed qm̄ Coſmi fide debet mihi certius eſſe nihil, aliorū mores ferā æquo aīo. De Diogenis aūt Laertij verſibus q̇d perurbane expoſtulas, ne mihi ſuccenſeas rogo. nā partim occupatiōibus meis, partim animi moleſtia. ob cōtinuas inuidoꝶ in me inſidias, factū eſt, ꝙ verſus illos latinos facere (ut iuſſeras) diſtulerim in hāc diē. Sed gerā profecto morē volūtati tuæ, idq; propediē, Diodorū Siculū ad te dedi. Vale. Florentiæ, Ex ædibus nr̃is. vi. Non. Maias. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Bornio Salæ Iureconſulto. S.

Moleſtiam ſui ſtatus narrat.

e

T te, & uniuerſam familiā tuā, imo nr̃am valere ꝓbelle, libēter accipio, atq; deū oro, ut ita ꝗ̃ diutiſſime habeas. De me aūt q̇d ſcire cupis, in freto nauigo Siculo, inter ancipites, æſtuātiſq; ꝓcellas, & turbulētiſſimos fluct⁹. Exiſtimarā Bononiā ſolā ciuilibus factiōibus diſſidere, ſed Florētia lōge magis diſcordijs, ac ſeditōib⁹ feruet. Vtinā huc aut veniſſem nunꝗ̃. aut abire liceret, ꝓ dignitate, ſed neutrū mihi integrū eſſe video. Nūcius mihi fuit īpedimēto, q̇ minus tibi potuerim oīa explicare. Ignoſce, ac vale. Ex Florē. v. Non. Maias. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Cauſam cunctationis oſtendit.

ACcepiſſe te ſcribis mihi non cōmode eſſe Florentiæ, ita eſt ſane, ut accepiſti. Idq; q̇d recte augurraris, nulla mea culpa. Ad vos aūt redire nondū mihi eſt integrū. Cum licebit, te faciā meis lr̃is certiorem. Nā totū hunc annū (id q̇d permoleſte fero) obſtrictus ſum reipub. Florentinæ. Occupationes meæ faciunt, ut tecū hoc tēpore longior eſſe nequeam. Vale. Ex Florentia v. Nonas Maias. M. cccc. xxxiij.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Aretino. S.

Rationem reddit, cur abierit.

LApus Caſtelliūculus auditor, & familiaris meus, renunciauit mihi tuo noīe abitionē iſtinc meā, & permoleſte tuliſſe te, qm̄ priuatus eſſes iucūdiſſima nr̃a cōſuetudine, & rurſus ꝓbare, q̄a iſtic eſſe non poſſem ſine certiſſimo vitæ periculo. adeo quoſdā aīaduerteras inuidiæ flāmis aduerſus me indies magis magiſq; æſtuare. Vtrūq; certe q̇d mihi ſignificaſti, præ ſe fert perſpicuū argumentū ſingularis tuæ beni

uolētiæ erga me. At ego ſane mi Leonarde, quanq̄ libenter agebā Florentiæ, cū ob alias pleraſq; cauſas, tum etiā ꝓpter te eruditiſſimū, & optimum uirū, tamē eo magis æquo aīo Florentia careo, ꝙ inter iſtos flores multæ uiperæ deliteſcunt, & hæ quidē uenenoſæ, ac peſtiferæ. Nec em̄ te latet, quāta moderatiōe animi, quāta etiā patientia ſemꝑ tulerim inimicoꝝ īſidias. Itaq; ne ſemꝑ impēdenti naufragio ſubiacerē, ex iſtis quotidianis, & turbulētiſſimis fluctibus in ꝓximā Senæ urbis ſtationē hanc me recepi. ubi tamdiu futurus ſum, donec aliquis ſecūdior flatus in tutiorē portū aliquē me cōuexerit. Nā ne hic quidē ſatis tuto me agere poſſe uideo, ꝓpter iſtoꝝ propinquitatē, quibus uitā meam odio eſſe aīaduerto. Sed hac de re ſatis. Tu uelim me facias certiorem de omni tuo ſtatu. Vale. Ex Sena. iij. Idus Apriles. M. cccc. xxxvi.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Reſponſurum ſe breui dicit.

ET recte quidē tu mi Alberthe, & ꝓamice facis, ꝙ de me nunq̄ deſinis aliqd cogitare, & agere, q̄d honorificū mihi, et fructuoſum ſit. Cōditio quā mihi ꝓponis nōie tuæ florētiſſimæ reip. talis eſt, ut eā nō modo non improbē, ſed & probē potius, & laudē. Cæteꝝ breui reſpondeo tibi. Vale. Ex Sena, pridie Idus Apriles. M. cccc. xxxvi.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Certior fieri uult de ſtatu amici.

SIlentiū tuum tam diuturnū, tanq̄ inuſitatum, ſuſpitionē mihi affert, neſcio quā. Itaq; ſi tibi bene eſt, ut & opto, & uolo, ſcribe ad me q̄ primū, quo tecū una gaudeam. Sin ſecus eſt id, quod minime oīm uelim, ſcribe etiā mihi, quo tibi conſilio ſaltem prodeſſe poſſim. Vale. Ex Sena, pridie Idus Apriles. M. cccc. xxxvi.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Parnhormitæ. S.

Librum alterius ſe non poſſe mittere ait.

TErentiū quē eſſe apud me uoluiſti, illi ad te dedi, cui tu per lrās dari iuſſeras. Lucretius, quē tantopē flagitas, ſi meus eſſet cōtinuo ad te iret. Sed de re aliena irreqſito dn̄o, nihil mihi agendū exiſtio. At non reqſiui mō, uerumetiā rogaui, atq; oraui dn̄m eius codicis, ut ſinerēt me in re ſua liberalē eſſe. Saxei eſt capitis, ac plane inexorabil'. Nullo pacto induci pōt, ut Neapolin Lucretius nauiget, ueritus ne qui ob poculū amatoriū furuerit, rurſus Syrenes Parthenopes ueneficio interceptus, inſaniat. Vale. Ex Sena. iij. Idus Octobres. M. cccc. xxxvi.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Increpat quendam, ꝙ ſibi res ſuas non reddat.

NEſcio quo tandem iure te adeo offirmaris, ut contra omne uel amicitiæ, uel humanitatis ius meos mihi libros, ac ueſtis non reſtituas. Tuæ em̄ iuſticiæ fuerat, qui te Iuſtinianū cognomīes, ut

quę apud te depoſuerā, tuæq; fidei cōmendarā, mihi, ꝑ tua fide, tuaq; innocentia reſtitueres. Quare te & hortor, & moneo, ne me diutius vana ſpe laudas, ne iniuria me afficias, ne me veteris amiciciæ noſtræ obliuiſci cogas. Vale. Ex Sena, Idibus Sextilibus. M. cccc. xxxvij.

¶ Franciſcus Philel. Ambroſio monacho. S.

Paruifacit inimicum.

PAucis r̄ndebo tuæ ꝓlixiori ep̄l'æ. Ego amicitiā Coſmi medicis nō ſolo, inimicitias contēno. Nā & infenſi animi ſil'ata beniuolētia nihil eſt ꝑniciosius, & ego ita prudētiæ armis muniui me, ut nullas inſidias ꝑtimeſcam. Vale. Ex Sena. v. Idus Decēb. M. cccc. xxxvij.

¶ Franciſcus Philel. Senatui, & populo Peruſino. S.

Ignoſci ſibi petit, ꝙ votis ſatiſfacere nequeat.

ET humanitatē erga me veſtrā vehemēter amplector, & liberalitatē maximi facio. Doleo autē, & permoleſte fero, ꝙ his tꝑibus lr̄æ mihi veſtræ redditæ ſint, q̄bus iam aliis fidē dederam: Hanc vero inuiolatā ut præſtem, & ipſe cogor, & vos identidem velle non dubito. Q̄, ſi tēpeſtiue veſtræ ad me literæ aduolaſſent, eſſem ꝑfecto deſyderio veſtro incredibili mea cū voluptate obſecutus, ornaſſemq; veſtrā iſtam ſplendidiſſimā iuuentutē pro virili parte, non modo eloquendi, ſed etiam viuendi laudatiſſimis artibus. Quoniā igitur honeſtatē cauſæ intelligitis, ignoſcite mihi, ſi minus hac in re expectatiōi veſtræ reſpōderim. Valete. Ex Sena, Idibus Septembribus. M. cccc. xxxviij.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Aretino. S.

Loqui ſe ait per tabellarium.

q Vieqūd Saxolus Pratēſis auditor nr̄ verbis tibi meis expoſuerit, ſic hēto ac ſi corā ipſe tecū loq̄rer. Nihil eſt eīm dicturus tibi, q̄d ab me nō dicēdū accepit. Vale. Ex Sena. Kal'. Octob. M. cccc. xxxviij.

¶ Franciſcus Philel. Catoni Sacco, iureconſulto, & oratori. S.

Excuſatoria epiſtola.

REdditæ mihi ſt' lr̄æ tuæ Cato mi dilectiſſime, nō Senæ, ſed Bononiæ, q̊ venerā ad. xvij. Kalen. Februa. Vt maturē ad vos aduentū meū. nō eſt in me, ſed in Principe iſto nr̄o, q̄ ſi fecerit, ut id mihi facere liceat ꝑ Bononiēſes, q̄bus obſtrictus ſum, ad Auguſtū uſq; cōtinuo te videbo. Vale. Ex Bononia, Idibus Februa. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Tuſcanellæ. S.

Conſilium de profectione aperit.

DE me q̄d flagitas ſcire, ad ꝓximas ſtudii vacationes q̄s vocāt, Mediolanū ſum petiturus, eo q̄dem cōſilio, ut ſi quā mihi nobiliſſimus ille Princeps ſpem lr̄is maximā pollicetur, re ipſa inuenero, apud neminē malim, q̄ apud eū vitā agere. Sin ſecus offendero, ad Venetos me recipiā. Nā nihil incertius, q̄ Bononiæ res ſecūdæ. Quāto eīm

fortuna blãdius videt aſpirare, tanto magis aduerſi ventoꝝ flatus tu
tuendi ſunt. Vale. Ex Bononia, Idibus Aprilibus. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Raphaeli Fuſchgrario, S.

Moram ſuam excuſat.

QVod diutius diſtulerim meũ ad vos reditũ, nulli culpę mihi aſcri
bitote. Nã ego iampridẽ hinc ſoluiſſem, ſi liber eẽt Padi trãſitus.
Sed cũ id ſine lr̃is ducalibus nemini liceat, atqꝫ eas in hanc diẽ ex-
orare nequerim, factũ eſt, ut ſerior fiat mea hinc abitio. Quid autẽ ſit in
cauſa, nõ intelligo. Quotidie mihi a Principe rñdetur, ꝙprimũ ſe mihi
morẽ geſtuꝝ. Sed hmõi ꝙprimũ, nondũ uſqꝫ apparuit. Qui apud Prin
cipẽ & auctoritate valent, & grã, me monẽt ne ſim ĩportunior, non eñ
temere fieri. Itaqꝫ meĳpſius ſum neſcius. Nõ deſiſtã tñ oĩs obtũdere, qui
Principi aſſiſtũt, donec liberã abitionẽ impetraro. Interea vo tpis com
mẽdo tibi familiã meã, ſiqdẽ arbitraris me functuꝝ egregie meo erga te
officio. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Iunias. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Grãs agit amico ꝑ donis. Laudat Ariſteũ, & rus amici.

EST a te ſane prudẽter factũ, ꝙ mihi ex itinere fatigato lac coagulatũ
miſeris, egebam eñ iſtiuſmodi refrigerationis gñe. Itaqꝫ non mi-
nus te laudandũ exiſtimaui, pinde atqꝫ egregiũ coagulandi artifi-
cem quẽdam, ꝙ Ariſteus fuerit a priſcis Arcadibus laudatꝰ. Is eñ cum
in Arcadia late regnaſſet, quo ſibi maiore beniuolẽtia Arcadas deuin-
ciret, ꝑmulta (ut erat Princeps non ſomnolẽtus, & obtuſus, ſed acri, ſtre
nuoqꝫ ingenio) & excogitauit, & adinuenit, quæ ad cõmunẽ hoĩm vel
utilitatẽ, vel voluptatẽ accederent. Quare is oĩm primus, cum apũ atqꝫ
mellis, tum etiã lactis uſum ad coagula inuenit, & hoĩbus tradidit,
ꝙuis mellis auctorẽ Naſo affirmet Liberũ patrẽ extitiſſe. Tuũ rus igitur
nõ poſſum nõ amare, cuius cõſuetudine id te video aſſecutũ, ut ad urba
nas lauticias muralẽ fœcunditatẽ adiungas. Nã cum lac ſolũ ex oĩbus ci
bis ad hominis naturã ſit ſatis. tum idẽ coagulatum delectat etiã pluri-
mum. Quod autẽ ſcire vis quid egerim apud excellentiſſimũ Principẽ
Philippum Mariã, cum in præſentiã veneris, omnia narrabo tibi. Va-
le. Ex Mediolano. xvi. Kalen. Iunias. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Antonio Brixiano. S.

Venturum ſe ait.

VEſperi mihi redditæ ſunt literæ tuæ. Itaqꝫ cras ad vos ibo. Nam
ante id tẽpus hinc ſoluere non licuit, cum mihi in hanc diem nul-
lus ſit equus. Itaqꝫ ignoſce breui meæ huic moræ. Vale. Ex Tici-
no quinto Kalendas Decembres. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Honofrio Strozæ. S.

Succeſſus ſuos narrat, & amicum latenter allicit.

QVod fortaſſis apud vos nondũ increbruerit, ego apud hũc prae-
ſtantiſſimũ principẽ Philippũ Mariã, ex illis hetruſcis, turbulen-
tiſſimisq; fluctibus, tanq; in tranquillũ, atq; ſecurũ reliquæ vitæ
portũ me recæpi. Vbi oĩa mihi affatim ſunt oblata, q̃ non ſolũ ad emo-
lumẽta, ſed ad dignitatẽ attinẽt. Vtinã mihi liceret tecũ oĩa libere cõmẽ-
tari, q̃ & ipſe vellem, & tua noſſem intereſſe. Sed tẽporꝫ eſt habenda atq;
hoĩm ratio. Nec em̃ me latet ubi locorꝫ es, & q̃ tibi cauendũ ſit. Itaq; fe-
ram æquo anĩo deſyderiũ meũ. Cæterꝫ illud unũ non reticebo, principẽ
hunc meũ & pr̃i tuo clariſſimo viro, & tibi, & vobis oĩbus optare oĩa
pro volũtate vr̃a, atq; nihil magis cupere, q̃ in oĩbus rebꝰ vobis ꝑegre-
gie ꝓdeſſe. Tu ſi quid eſt, q̃d a me velis, fac ut ſciã, & factũ puta. Vale. Ex
Mediolano, Nonis Decembribus. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Librum ſe dicit ſub conditione miſſurum.

TV ſemper aliquid petis, inſeruis aũt raro, quid homĩs ſis ignoro.
Petis a me Diona Pruſænſem, quẽ equidẽ dabo ad te propediem,
ea lege, ut eum aliquãdo patiaris ad nos redire. Ibit em̃ codex ille
ad te mutuo, non dono. Quãobrem facito, ut ex cõmodo tuo nihil mi-
hi tandem incõmodes. Tuſcanellam noſtrum opto bene valere. Vale.
Ex Ticino, Idibus Decembribus. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Petro Ioanneto phõ, ac medico. S.

Arguit quendã, ꝙ librum alteri non reddiderit.

ROgo te maiorẽ in modũ, ut meũ Vergilij codicẽ, ac item cõmenta-
torẽ Seruiũ cures q̃primũ Bononiã ꝓferri, & Albertho Zancario
cõi amico, nomĩe meo reddi. Id q̃d in hanc diẽ non feciſſe te, non
poſſum nõ mirari. Nec em̃ debes oblitus eſſe, & quid mihi cũ iſtinc abi-
rem, corã receperis, & quid poſtea ad te ſcripſerim. Fuerit igĩ officij tui,
ne diutius lr̃is meis ſolliciteris. Idq; ut facias, abs te non peto ſolum, ſed
etiã contẽdo. Vale. Ex Ticino. xv. Kalen. Ianua. M. cccc. xxxix.

¶ Frãciſcus Philel. Petro Michaeli, equiti aurato, ac iurecõſulto. S.

Hortatur amicum.

CVm idoneus eẽt oblatus nũcius, cui meas ad te lr̃as darẽ, viſus es
admonẽdus, id q̃d fortaſſis haud ignoras, te apud hũc humaniſſi-
mum principẽ noſtrũ valere auctoritate plurimũ. Itaq; tibi opera
danda eſt, ut bñ promerearis. Qđ ſi feceris, ꝑmagnũ es fructũ conſecutu-
rus. Reliq̃ tu corã ex hoc iſto nũcio cognoſces. Non em̃ oĩa cõmittenda
ſunt lr̃is. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Ianua. M. cccc. xxxix.

¶ Franciſcus Philel. Bornio Salæ Iureconſulto. S.

Cauſam dicit cur deceſſerit.

d ESyderiũ de me tuũ me non iniuria plurimũ delectat, eſt em̃ ple-
nũ amoris p̃cipui erga me tui. Sed velim ſcias, mutuũ eſſe amo-

rem noſtrũ, planeq́ʒ ſingularẽ. Non em̃ magis me deſyderas, q̃ deſyderaris a Philelpho. Dij malefaciãt factionibus vr̃is, q̄bus diuina oĩa humanaq́ʒ confundunt. Iam iterum ad vos iui, eo ſane cõſilio, ut a vobis nunq̃ decederem. Sed neſcio qua vel hoĩm peruicatia, vel fatali aſtro ſit factũ, ut bis inciderim in atrociſſimas veſtræ reip. procellas, atq́ʒ tempeſtates. Muſis inter arma nuſq̃ bene conſultũ eſt, ſed Bononiæ longe periculoſius. Itaq́ʒ hñda nobis fuit ratio & dignitatis, & quietis. Ego iuſſu Principis mei adhuc ago Papię, ad paucos dies Mediolanũ petiturus cũ uniuerſa familia, ubi mihi oĩa parata ſunt & ad cõmodum, & ad dignitatem. Vale. Ex Ticino. iij. Idus Ianuarias. M. cccc. xxxx.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio phõ, ac medico. S.

Excuſat ſe.

IAm mihi integrũ non eſt, ut tuo utar cõſilio. Sum em̃ huic excellẽtiſſimo Principi obſtrictus, non ſolũ fidei ſctĩtate, quã præterire nõ licet, ſed maxĩs etiã beneficijs, q̄bus ſi abuterer, poſſem iure ingratitudini obnoxius fieri. At emori malim, q̃ ulla vel mĩma inuri nota infamiæ. Itaq́ʒ rogo te per indiſſolubile amicitiæ nr̃æ vinculũ, ut me dignitatis meę rõnem hr̃e patiare. Nã quo pacto me amicitia tua dignũ iudicares, ſi forẽ iniuſtus? Q₂ ſi iuſticiæ fundamentũ eſt fides, patere æquo anĩo q̄ pmiſſa, atq́ʒ cõuenta ĩuiolate ſim ſeruaturus. Mors ipſa dũtaxat nos ab hoc p̄ncipe abſtrahet. Et meũ in te amorẽ nulla neq́ʒ fortuna, nec tẽporis mutabilitas labefactabit. Vale. Ex Ticino, pridie Kalen. Feb. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Conceſſiſſe ſe ait in aliũ locum, ubi in magno eſt honore.

VT ſcias quẽ in locũ miſſurus poſthac ſis tuas lr̃as, ego nudiuſtertius conceſſi Mediolanũ cum uniuerſa familia, rebusq́ʒ meis omĩbus. Eſtq́ʒ aduentus meus cũ ab hoc præſtãtiſſimo Principe, tum ab uniuerſa repub. exceptus piucunde, adeo ut unus Philelphus oĩbus ſit in honore. Mirabile dictu eſt, q̃ ſum honoratus ab oĩbus. Bene cœpta ſecundet deus. Quod ſi fiet, nemo me uno neq́ʒ fortunatior, neq́ʒ beatior. Vale. Ex Mediolano, Idibus Februarijs. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Panhormitæ. S.

Accuſat ſuperbiæ quendam.

IAm ditior factus es, id q̄d ea cõiectura aſſeq̄r, q̄ te ſup̄biæ obnoxiũ facias. Nã dum nihil rñdes hoĩ amiciſſimo, tot a me lr̃is ĩuitatus, q̄d aliud eſſe rear in cauſa, q̃ ſup̄biam? At ne illud te lateat velim, in quo plus eſt fortunæ, in eo minus eſſe virtutis. Quare tibi cauendũ eſt, ne dũ pecunijs diligẽtius inuigilas, negligentiorẽ te p̄ſtes circa ingenij, p̄bitatisq́ʒ p̄ſtantiã. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Maias. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio phõ, ac medico. S.

Hortatᷣ amicum ad viciſſitudinem lr̃arum.

Vod afficiaris maxı̃o deſyderio viſendi mei, habeo ſane explo
q ratiſſimũ vel ex ea cõiectura, quã de me ipo facio. Qui em̃ nõ de
ſyderẽ te & viſere, et cõplecti, & exoſculari, q cũ vetere, eaq; ſum
ma beniuolẽtia ſũ coniũctus? Accedit p̃terea virtus tua, & doctrina, &
eloq̃ntia, & merita citro ultroq; collata. qbus ſane fit, ut nr̃a utrinq; me
moria nullo nec locorꝝ, nec tẽporꝝ ĩteruallo extingui q̃at. Cęterꝝ qñq dẽ
q̃d velim⁹ fieri neq̃t, id velimus q̃d queat neceſſe eſt. Vtendũ igit̃ nobis
eſt mutuo ſcribẽdi officio, ut q̃d ligua nõ p̃t, arũdinis p̃ſtet viciſſitudo.
Id et facillimũ eſt utriq; nr̃m, et iucũdũ in p̃mis. Et q̃ initiũ det̃ hmõi mu
neri, peto abs te, ut me facias certiorẽ de rebus orientalibus, maxı̃eq; de
Turcis, ſi qd hẽs noui. Vale. Ex Mediola. iij. Nonas. Iulias. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Andreocio Petrutio. S.

Amari ſe dicit, & inuicem amare.

QVod abſentis mei p̄petua recordatiõe imaginẽ prę te feras (ſic em̃
ſcribis) nõ poſſum equidẽ nõ lætari. Affers em̃ argumẽtũ mı̃me
obſcurũ egregiæ cuiuſdã beniuolẽtiæ in me tuæ. At ego q̃ item
aı̃o in te ſũ, debes ex teipſo cõiecturã facere. Et fieri ſane nullo pacto na-
tura p̃t, ut nõ æque amet̃ qui vere amat. Itaq; tibi debes indubitato p̄ſua
dere, te mihi eſſe chariſſimũ, idq; cũ ob hãc iſtã cãm, ꝙ me amas, tũ etiã
ꝙ ea v̄tute viges, ut dignus ſis q ameris ab oı̃bus. Deſyderare aũt te p̄-
ſentiã meã, hoc ſane ĩ te eſt. Nã ſi Mediolanũ viſere ĩſtitueris, q̃d eius rei
te cũ iſtic agerẽ aliq̃n facturꝝ affirmabas, & p̃ns p̃ntẽ videbis Philelphũ
tuũ, & multa cognoſces q̃ abſens attĩgere nunq; poſſis. Itaq; tuũ erit, ut
cũ primũ tibi facultas dabit̃, huc venias. Qđ ſi feceris, magnã (mihi cre
de) voluptatẽ cõſeq̃re. Vale. Ex Mediolano, Nonis Iulijs. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Hortat̃ amicum ad librorũ lectionem.

TOtus es in librorꝝ mercatura, ſed in lectura mallem. Qđ ſi faceres,
longe melius & tibi, & muſis conſultũ eſſet. Quid em̃ prodeſt li-
bros q̃tidie nũc emere, nũc vendere, legere v̄o nunq;? Ego quos
vendã habeo libros nullos, emerẽ potius, ſi pecunijs abundarẽ. Quin-
etiã in hac pecuniarꝝ difficultate, ſi quod opus oſtenderis, q̃d precio di-
gnũ cenſeam, enitar emere, etiã ſi ſeruire me oporteret. Declarabis igitur
per lr̃as, qui libri tibi, & quales ſunt venales. Quod ſi feceris, intelliges
me nulla p̃mi inopia. Sum em̃ apud eum Principẽ, apud quẽ egere po-
teſt nemo. Vale. Ex Mediolano. viij. Idus Iulias. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel Ioanni Tuſcanellæ. S.

Iudicium Philelphi de Quintiliano.

E Quintiliani declamatiõibus qd ipſe ſentiã, paucis accipe. Equi
d dem Quintiliani ĩuentionẽ vehemẽter probo, eſt ea em̃ & acu
ta, & prudẽs. Sed oı̄onis eius filũ mihi ſane nõ placet, ſapit em̃

hiſpanitatē neſcio quā, hoc eſt barbariē plane quandā. Nullā habet elegantiā, nullū nitorē, nullā ſuauitatē. Et quæ non ꝓcipua mō, ſed neceſſaria ſunt in oratore, neq; mouet dicēdo Quītilianus, neq; ſatis docet, nec delectat, ſed videt̄ ſomnolētus quiſpiam, & incōpoſitus. Tenet fortaſſe Quintilianus, quantū ex eius ſcriptis aīaduertere poſſumus, nōnulla cōmoda ꝓcepta artis rhetoricę. Multa cōmemorat, mł̄ta colligit, ſed ita ſui diſſimilis eſt, ut q̄ alios docet, ipſe ignorare videat̄. Verū cōcedamus illi doctrinā, ſi ita libet oīno, mouēdi tn̄, delectandiq; nullam vim habet. Quæ quidē duo qui oratori ſubtraxerit, non oratorē illum, ſed aratorē demonſtrabit. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus Iulias .M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Caſſiano Cremonēſi pſbytero. S.
Hortatur quēdam, ut libros reddat.

VIctorinus Feltrenſis doctor tuus, ac idē eruditiſſimus vir, mihiq; amiciſſimus, monuit me ſuis lr̄is duos tibi meos dediſſe ad me codices, q̄ꝶ altero Euripidis tragœdia, altero mathematicoꝶ libri cōtinetur. q̄s cū arbitret̄ pluribus iā mēſibus mihi redditos eſſe, mirari ſe ſcribit, ꝙ nihil ab me lraꝶ ea de re accepit. Itaq; te ēt atq; etiā hortor, me os mihi libros q̄primū reddēdos cures. Q̄ ſi fortaſſe neminē hēs, cui tuto rē cōmittas, habeo iſtic hoīem familiarē, et virū optimū, Catonē Saccū chariſſimū & iurecōſultū, & oratorē, & phūm. Huic igit̄ iſti meos libros reſtitues, q̄ & officio tuo, & Victorino doctori ſatiſfacias, mihiq; ꝓ tua liberalitate morē geras. Vale. Ex Medio. iiij. Kal. Octo. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Georgio Carrecto iurecōſulto. S.
Arguit quēdam iniuſticiæ.

NOn poſſum te nō ingratitudinis accuſare. ꝙ reb⁹ meis tādiu pro volūtate uſus, & libertatis meæ obliuiſcaris, & officij tui. Facis profecto inhumane, ac mihi iam ſtomachū mouere incipis. Non enī puto aut in legibus inueniſſe te, aut alio quopiā iure, id uni licere tibi, quod nemini bono licet. Præſta te oro & bonū tandē, & gratum virum. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Bononienſi. S.
Gratulatur cuidam, ꝙ magiſtratum acceperit.

NIſi mihi iter intercepiſſet tertiana febris, cui ipſe deus, ſuperiq; oēs ad quartanā ita continuā quoq; ac perennē inferant, ut q̄ celerrime radicit⁹ eam ꝑdant, veniſſem equidē ad te q̄primū, ut æque tibi corā gratularer, atq; mihi mirifice ſum lætatus, ꝙ pro tua ſingulari virtute maximiſq; meritis, in eo te loco humaniſſimus Princeps noſter conſtituerit, qui & excelſus eſt, & illuſtris in primis. Gratulor igit̄ abſenti abſens. Ac ꝓcor īmortalē deū, ut (quod certo ſpero) illud Biātis dictū, Mgr̄atus virū demōſtrat, clare in te eluceat, hoc eſt, ut nō meæ, & amicoꝶ ſolū, ſed oīm expectationi ꝓbitas tua, integritaſq; reſpondeat. Ne

mini em̄ dubitandū eſt, te indies magis atq; magis apud nōſtrū Princi-pem & auctoritate, & gr̄a chariorem fore. Facies autē pro amicitia, offi-cioq; tuo, ut cū quid ocij nactus fueris, memineris noſtri. Vale. Medio-lani ex ædibus noſtris. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Bononienſi. S.

Dicit ſe febre liberatum, & quo pacto.

QVod tibi exiſtimauimus nō iniucundum fore opima ſpolia im-mortali deo quæ de hoſte infeſtiſſimo, febre illa tertiana vouera-mus, nudiuſtertius detulimus, & nō illa quidē in ferculo, ut Ioui Romulus, ſed in bona ſpe, bonaq; fiducia, neq; em̄ ferculorū mihi, nec vaſorū copia eſt. Nolim tamē putes adeo me redactū ad inopiam, ut ſi quid ex iſto veſtro delicato, & lautiſſimo aucupio ad me pro tua muni-ficentia dederis, nullū habeam ferculū quo id cōmode ſim excepturus. Q; ſi quæſieris, q̄bus armis febris armis furoriq; reſtiterim. Non equi-dem Aeſculapij aut Apidis, ſed fere par pari retuli. Eam illa moliebatur ſitim, qua prope diē conficerer. Id ego aīaduertens, eiuſmodi ſane ine-dia hoſpitē accipio, ut q̄d eſt in Attico prouerbio, longe ad coruos trāſi-re, q̄ meo hoſpitio uti mallet. Itaq; liberatus oīno videor edaciſſima, & moleſtiſſima hoſpite, quā vel cū ægritudine audio ad amiciſſimos no-ſtros optimosq; viros Marcolinū Barbauaram, & Dn̄icum Feruſinū ex itinere diuertiſſe. Quos velim moneas, non bonū vultum hilaremq; faciē impudenti illi petulantiſſimæq; beluæ oſ̄ndant, ſed ab ſe potius q̄ primum, q̄ diligētiſſime, q̄ fortiſſime abigant. Et ſi nolint inedia, & ve-neno utantur, & ſanguine. Vale, & me noſtro diuino Principi unice cōmenda. Ex Mediolano, vij. Idus Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Peſſinæ. S.

Negligi queritur ab amico.

CVm erā abſens, erā apud te ſemp. Me diligebas, me p̄dicabas, me colebas, me oībus amiciciæ, & familiaritatis officijs, pſequebare. Nunc aūt p̄ſens, neq; video te uſq;, nec audio. Num q̄d oībus in rebus fere accidit, noſtri p̄ſentia tuā de nobis opinionē minuit? Nam quid eſt per īmortalē deum, q̄ ita obmutueris, ut nec audias, nec loqua-re? Quid de tua taciturnitate ſuſpicer, neſcio. Nam ſi tuæ occupationes te mihi viſendū prohibeant, at literis ſaltē quippiam obſtreperes. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Blaſio Axeretenſi Vicecomiti. S. D.

Accuſat eos qui cōmodo pprio amicitiā metiunt.

SOlent nonnulli tādiu amicos colere, quoad eorū vel p̄ſentia uti, vel officio frui queant. At ego hmōi homines, vel aſſentatores potius, nihil charitatis, nihil oīno hūanitatis præ ſe ferre cenſeo. Declarant em̄ ſe non tam amicos coluiſſe, q̄ priuatiſ proprijq; cōmodi habuiſſe ra-

tione. Illoꝝ igit̃ mores ꝓinde atq; ingratos, & plane barbaros deteſtari cõſueui ſemꝑ. Nihil em̃ amici recordatiõe mihi ſuauius eſſe põt. Quod cũ in aliis ſemꝑ, tũ in te uno in primis exptus ſum. Nã incredibile dictu eſt, quantũ me tenet deſyderiũ tui, de te dies ac noctes cogitare non deſi no. Tu abſens mihi, ſemꝑ es pſens. Iucũdos nr̃os, dulciſſimosq; ſermo nes crebra memoria mecũ repeto. Hac una re abſentiæ tuæ deſiderium lenio hac una re oblector, ac lętor. Q̃ ſi quid ad me lr̃arum dederis, exi liam ſane, gaudebo, exultabo, triũphabo. Quid abs te velim intelligis. Vale. Ex Mediolano, Idibus Octobribus. M. cccc. xl.

¶ Frãciſcus Philel. Frãciſco Picolpaſſo, Mediolanẽſiũ Archiepo. S. Hortatur, ut rus relinquat.

QVod ruri te cõtineas, q̃ tpe, ppt̃ ſubeuntẽ iã hyemẽ urbs maxĩe co lẽda eſt, nõ poſſum nõ mirari. nã ſolitudo iſta qd tibi iucũditatis afferre poſſit, nõ intelligo. Q̃ ſi ociũ q̃ negociũ te malle dixeris, at memineris nõ te ad ociũ, ſed ad negociũ, hoc eſt, nõ tibi, ſed bonis oĩ bus natũ. Quare cũ ab uniuerſa ciuitate deſyderaris, tui fuerit vel officii vł benignitatis, relicta iſta ſolitudĩe ruſtica, te q̃primũ urbanũ fieri. Qd ut facias, etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex Medi. prid. Idus Octo. M. cccc. xl.

¶ Fran. Philel. Petro Michaeli, militarꝫ dignitatis viro ac iurecõſulto. S. Abſentẽ magis q̃ pñtẽ laudandũ eſſe dicit. Itẽ iocat̃ de q̃dã flagitioſo.

TVa in me plurima officia, & beniuolẽtiam ſingularẽ, nulla unq̃ apd me delebit obliuio. Nã & amabo te ſemꝑ, & illuſtres, ac pręclaras ꝟtutes tuas q̃ſi perpetuus aliqs buccinator p̃dicabo, diuulgaboq; apud oẽs. Ingratus ſane ille mihi videri ſolet, q nõ pleniore quo dam ore de abſentis, q̃ de pñtis amici laudibus loquat̃. At q pñtem laudat, & ſi recte, atq; vero id agit, aſſentatiõis tñ crimini apud pleroſq; videt̃ obnoxius. Eſtimat̃ em̃ id non tã ex animi ſnĩa, q̃ alicuiꝰ vel ſuſcepti, vel ſperati cõmodi gr̃a cumulatius facere, q̃ par ſit. Sed ne q̃d in aliis, ꝓbare nõ ſoleo, in eo ipſe in pñti peccauiſſe cenſear, q te ꝑ lr̃as q̃ſi corã laudẽ, hac de re ſatis ac ſuꝑ. Nã q̃d ab me tibi debet̃, meliꝰ fieri, q̃ dici volo. Scire admodũ cupio, qd iſtic apud vos gerit̃. Nõ em̃ te latet, q̃ ſũmope Senẽſis reip. quietẽ trãquillitatẽq; ꝑcupio. Quare cũ aliquoꝝ hoĩm ſeditiões audio, & cõnatus peſtiferos, doleo equidẽ æque ac debeo. In primis aũt de Vrbano belua (huic bello dicere volui) certior fieri volo. Increbruit em̃ apud nos, ꝓſtantẽ iſtũ, ac pudicũ virũ, & ciuẽ optimũ mori decreuiſſe. Ideo ego miratus ſũ valde. Nã quo pacto moriat̃, qui nunq̃ vixerit? Veꝝ ſi quã aliã mortẽ oppetere fortaſſis inſtituerit, q̃ impuri, & obſcœni hoĩes, ſuiq; ſimillimi cõſueuerũt, velim ſuas res geſtas mẽoratu dignas ad me pſcribat, q̃ eius nomẽ ĩmortalitati cõmendẽ. Et ut intelligas, ſi qd etiã in hoc dicendi gñe Philelphus valet, orationẽ funebrẽ ad te dedi, quã ſupioribus diebus habuimus in Thodeſchini ſepultura.

Hanc autē ſi Vrbani ſacerdotaria iſta uxor audierit, non vereor fore, ut cornigerū virum ſuū non hortet̄ modo, ſed etiā agat cōtinuo ad interitum. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalen. Nouēbres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Catoni Sacco iureconſulto. S.

Promittit officiū ſuum, & libros repetit, & ep̄las petit.

HOdie mihi redditæ ſunt lr̄æ a Theodoro Gazæ, viro ſane tum ingenio, tum facūdia ſingulari, ac plane digno, quē non modo diligamus, ſed etiā amemus. Quid velit, intelligo. Rem quantū erit in nobis, ex ſentētia conſequetur, ſed tua & ope, & opera opus eſt. At de his poſtea. Ego libros noſtros vehemēter expecto. Facito, ſi me amas, e veſtigio ad nos aduolent. Cum Theodori ep̄la nullas tuas accepi lr̄as. Caue, ne te poſthac vel negligentiæ, vel moroſitatis accuſatur⁹ ſim. Vale. Ex Mediolano. vij. Kalen. Nouembres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Gerardo Landriano Cardinali Comēſi. S.

Gr̄as agit, & Moſei vitā tranſlaturū ſe ſpondet.

FEciſti mihi rē per gratā, ꝙ Philonē meū, imo nr̄m ex Auriſpa recuperatū ad me dederis. Q̄ꝫ aūt Moſei vitā, quā idē Philo & copioſe, & elegāter apud Græcos, & græce ſcripſerat, in latinū ab me tanto pere verti poſtulas, & audiui libēter, & obtēperabo libētiſſime. Itaqꝫ factū puta, q̄d iubes. Nulla te tua de meo erga te aīo fallet opinio. Iā operi me accingo. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalē. Nouēbres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Puteo Cremonēſi. S.

Excuſat ſe, ꝙ ſerius r̄ndērit. Itē laudanti ſe r̄ndet.

ET ſerius r̄ndi tuis ad me lr̄is, & breuius fortaſſe ꝙ̄ velles, quorꝫ alterū aduerſę illi valitudini dato, qua duos circiter mēſes, vel per intercapedinē laborauimus, alterū publicis meis, ac priuatis occupatōibus, q̄bus ꝑpe obruor. Legi aūt tuas lr̄as libēter, q̄ mutuā inter nos adoleſcentiæ nr̄æ beniuolentiā, conſuetudinē, diſciplinam cōplexus es. Q̄ꝫ autē mirificis me laudibus extuleris, id ſingulari quadā, & exuberanti amoris abundātia abs te factitatū exiſtimo. Nam neqꝫ vir amiciſſimus, ſimulqꝫ modeſtiſſimus aſſentaris, nec iſtiuſmodi mihi eſt de te opinio. Reliquū eſt, id tibi ꝑſuadeas, q̄d & recte, & ꝟo potes facere, te mihi eſſe chariſſimū, & eo magis indies fore, quo te aīaduertero nō obliuiſci Philelphū tuū. Vale. Ex Mediolano. iij. Kalen. Nouēbres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Caſſiano preſbytero. S.

Excuſationē accipe ſe dicit. Deinde quędam cōmendat amico.

NOn tā mihi moleſtū fuęrat, ꝙ ſerius meos mihi libros reddēdos curares, ꝙ̄ in pn̄tia & iucundū eſt, in primiſqꝫ ſuauiſſimū, ꝙ tam modeſte, tāqꝫ perhūane lr̄as ad me dederis, q̄bus te nō modo expurgaris, ſed totū ſane meū & eſſe, & fore oñderis. Quare cum tuā excuſationē, tū multo magis teipm̄ non inuitus admitto. Itaqꝫ vel Victorini

nrī, vel tuiipſius cauſa oīa de me tibi potes affati polliceri, q̄ & uſui tibi
et honori futura ſint. Et de his ſatis. Venit iſtuc nup (ut ſcis) Theodorus
Gazes, vir certe & diſert⁹, & erudit⁹, quē & ſi certo ſcio, nō amabis ſolū
ſed cumulatiſſime amabis, tn̄ mea etiā cauſa velim ita ames, ut nulla pe
ſus fieri queat ad amorē acceſſio, hoc erit mihi tā gratum, q̄ quod oīm
maxīe. Vale. Ex Mediolano. vij. Kalen. Decembres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Simoni Arigoni. S.

Amici ſtudium in literis adhortatur.

ET ſuperbia a me nihil alienius, & gratitudine apud me nihil antis
quius. Quare cū tuis ad me officij plenis, humaniſſimisq; literis
rn̄deo, nō modo ſupbiæ crimē effugio, ſed etiā nomē gratitudinis
mihi perpulchre vendico. Mirifice amplector amorē tuū, ac tua humas
nitate, facillimisq; moribus, & modeſtia ſingulari delector plurimū. In
genij vero tui viuax, præſtāsq; dexteritas, maiorē in modū pergrata mis
hi, et periucūda eſt. Video em̄ te tua illuſtri laude eā mihi laudē allaturū,
q̄ pulcherrima ſit, & maxīa. Non em̄ iſtiuſmodi tuus ornatus, q̊ in lr̄is
literis, mediocrē de te, tuaq; facundia ſpem quandā pollicet̄. Itaq; te etiā
atq; etiā hortor, ut oēm operā, diligentiāq; tuā eloquētię, & hūanitatis
ſtudijs, ſicuti facis, accōmodes. Magna em̄ animus meus de te pſagit. Vale
Mediolani ex ædibus nr̄is. vij. Idus Decembres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus Philel. Matroniano Braſchæ. S.

Amorē in laudādo oculis carere dicit. Deinde p munere grās agit.

Vod me tuis lr̄is nō mediocriter extuleris, feciſti tu quidē perhu
q mane, & amice potius q̄ vero. Non em̄ is ſum, qui meipm̄ non
norim. Sed tu illud veriſſimū eſſe liquido declaraſti, q̊d vident̄
poetæ fabulari, amorē oculis carere, æque em̄ amicus falli de amici iudi
cio, atq; de inimici inimicus plerūq; ſolet. Nam & hic odio, & ille amos
re nimio affectus, veritatē nequit internoſcere. Facile tn̄ patiar erratum
tuū, quippe quē longe malim amicū mihi, q̄ ſecus. Verū illud de me tis
bi pollicearis. Liceat te mihi eſſe chariſſimū, & eo me fore indies chario
rem, q̊ te familiarius uti potero. Munuſculū aūt tuū & ſi nequaq̄ deſyde
rabā. non potui tn̄ non vehemēter pbare vel Epicuri ſniam. Nihil em̄
in eo ad voluptatē defuit, & amplū erat, & ſuauiſſimū. Nolim tn̄ poſts
hac tā grandi ære obruas Philelphū tuū. Nam hæc ſatrapis, & regibus,
non pauco, viliq; contētis, ac philoſophis, dono mitti conſuerūt. Vale.
Mediolani ex ædibus noſtris, Kalen. Ianuarijs. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Excuſat ſe.

QVod pluribus hortaris, libenter agerem, ſi liceret. ſed nihil apud
me licet, quod honeſtati aduerſet̄. Plurima ſunt, & maxima hus
ius in me Principis beneficia. Itaq; nunq̄ patiar me ingratitus

dinis accuſari. Præterea nõ eſt conſtãtis, & grauis viri, quotidie mutare ſedes. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Februarias. M. cccc. xli.

¶ Frãciſcus Philel. Petro Thomaſio phõ, ac medico. S.

Conſilia laudat amicorum.

AVdiui quæ ſcripſiſti oĩa, & Barbari noſtri conſiliũ laudo, & non minus tuũ. Illud tamẽ malim effectum iri, quo ad eius fieri poſſit. Eſſet em̃ multo res tutior. Ipſi tñ videritis quid facto ſit opus. Vale. Ex Mediolano. xij. Kalen. Martias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Liberio Bonarello equiti aurato. S.

Laudat quẽdam, ꝙ patrẽ in virtute imitetur.

ES tu q̃dẽ pietatis laudãdus, ꝙ vel mortui pr̃is memoriã colas. Exiſtimo em̃ me iccirco abs te amari, ꝙ ſcias ꝙ̃ charus fuerim pr̃i tuo, grauiſſimo & clariſſimo viro. Nã ille me q̃ad vixit, cũctis beniuolẽtiæ & benignitatis officijs, pſecutus eſt. Quare cũ Ioãnes Marius filius tuã in ſe facilitatẽ & liberalitatẽ expoſuiſſet, mirifice ſum lætatus. Videre em̃ ſum viſus, me veluti rediſſe in ſucceſſionẽ, non tam amiſſæ, ꝙ̃ intermiſſæ beniuolẽtiæ. Nã quod in pr̃e amiſiſſe exiſtimarã, intelligo in te filio recupaſſe. Itaq; mihi plurimũ gratulor, ꝙ tã mirifice abs te diligar. Vt aũt intelligas ꝙ̃ tibi in amore rñdeam, q̃d velis, piculũ facito, totus em̃ ſum tuus. Vale. Ex Mediolano, Idibus Martijs. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Excuſationem admittit.

HVmaniſſimã excuſationẽ, qua in proxima es uſus epiſtolã, non inuitus admiſi. Noui em̃ occupationes tuas, & priuatas, & publicas. Sed ſum miratus, ꝙ de libris noſtris ne unum quidẽ feciſti verbum. Itaq; rogo te, ut ad ea quæ modo ſcripſi tibi, diligẽter reſpondeas. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Apriles. M. cccc. xli.

¶ Frãciſcus Philel. Danieli Venturio Patritio Veneto. S.

Veterẽ amicitiam ſe colere ait.

CVm indignũ exiſtimarẽ, ut qui p̃ſentia eẽm a te diſiũctus, non æque ſermone lr̃ario quãdoq; coniũgerer, ut beniuolẽtia, & obſeruãtia ſemp ſum, hæc vel paucis ad te ſcripſi, ac ne id quidem quod noui quicq; acciderit, ſed ne fortaſſe negligẽtia quapiã id accidiſſe opinareris, hoc eſt, ne ꝓpter vos quotidie amicitię amicos veteres, eoſq; beneficos oblitus poſſem a quoq; iudicari. Ego te mi Daniel & amaui ſemp & colui, quippe qui multiplicis tuas p̃claraſq; virtutes admiratus ſim, & admirer, ac tuã vel humanitatẽ, vel officiũ in meis honoribus, atq; emolumẽtis perſpectum uſq; habuerim, & cognitũ. Itaq; tibi velim perſuadeas, ita me tuũ eſſe ac fore, ut aliũ quenq; omniũ maxime. Neq; fieri unq; poſſe incremẽtis ullis blandit ijs ve fortunæ, ut veteribus amicis nouos aliquos anteponẽ. Id tametſi pro tua prudẽtia latere te nõ de

bet, volui tamē ut mea etiam confeſſione, atq; teſtimonio liquidius te=
neres. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Apriles. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Accuſat quendam.

QVi grandē pecuniā opinat̄ ꝓdeſſe plurimū bonis artibus, utpote
quæ oēm amoueāt neceſſitatē, plurimū fallit̄ mea ſnīa. Quid em̄
prodeſſe queāt, quæ ꝙ maiores ſunt, eo hūana īgenia reddūt de=
teriora? Id autē ita eſſe, tu ꝑſpicuo es exēplo, qui quo tpe eſſes paup, eti=
am inter maxīas animi occupationes, atq; labores corporis, ſemp ali=
quid vel ſcribebas, vel lectitabas, & quicqd ocīj ſurripere a negocījs po
teras, id omne ad rerū cognitionē, & laudatiſſimaꝝ artiū ſtudiū confere
bas. Itaq; tuo ipſe ingenio, pręſtātiſſimisq; moribus delectatus, qua tem
peſtate mercaturæ grā proficiſcebaris in Mediam, ac Perſida, tibi tanq̃
ſuauiſſimū viæ comitē eum Ciceronis codicē dono dedit, qui de quęſti=
onibus Tuſculanis inſcriptus eſt. Tu autē nunq̃ prætermittebas inter
moleſtiſſima etiā negocia tua uſq; aliqd ad me ſcribere, & te, et amicitia
nr̄a dignū. Nunc aūt poſteaq̃ pecunioſior factus es, neq; rn̄des unq̃ ab
me pſæpe lr̄is prouocatus, neq; lectitandis libris, ut audio, operā ullam
indulges, ſed totus es in lucro. Itaq; non poſſum non odiſſe diuitias tu=
as, quę nō modo mihi te, ſed ipſi etiā tibi abſtulerunt. Niſi fortaſſis una
cum pauptate & facilitate abs te oēm humanitatē abdicaueris, factusq;
ſis ſupbior. Quid em̄ aliud opiner, cum nihil reſpondeas. Q; ſi aliud eſt
in cauſa, cui neceſſe eſt inſeruire te, fac ut ſciam, quo vel ignoſcā tibi, vel
miſerear tui. Vale. Ex Mediolano. iiīj. Kalen. Maias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Mario filio. S.

Vxoris mortē filio nunciat, eumq; domū reuocat.

ET ſunt res hūanæ mutabiles oēs, ac fragiles, & caducę, Theodo
ra Chryſolorina mihi dilectiſſima uxor, & tibi mr̄ indulgētiſſi=
ma, ad ꝓximū quintū Nonas Maias, qui dies erat Mercurio dica
tus, hoc ipſo anno, q eſt a natali Chr̄iano q̄dragefimusprimus ſup̄ mille
ſimū quadringētefimū, naturæ deoq; cōceſſit, id q̄d mihi adeo acerbū
fuit, ut in vita nihil potuerit accidere acerbius. Scio me tibi fletus ſingul
tusq; nūciare. Nā ne ipſe qdē potui me a lachrymis cōtinere. Cęteꝝ qm̄
ea lege, neceſſitateq; nati ſumus, ut oēs aliqn̄ moriamur, ęquo aīo tantū
hoc vulnus feram⁹, neceſſe eſt. Tu fac, ad nos q̃primū reditū matures.
Nā nihil eſt, ꝙ iſtic diutius tp̄s teras, qn̄quidē in lr̄aꝝ ſtudio, quaꝝ grā
Cōſtātinopolin es ꝓfectus, non mō non ꝓficis, ſed etiā quæ ab nobis
abiens didiceras, amiſeris, uſq; adeo ſtudioſū te, diligenteq; ꝓſtituiſti. Va
le. Ex Mędio. pridie Kalen. Iunias. Anno a natali Chr̄iano. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Arguit quendam illiberalitatis.

a Emo te uno accipiendo facilior, te rurſus n̄eo difficilior dando. Tu me liberalitatis plurimū laudas, et hāc ꝟtutē extollis orone, ac recte tu qdē. Cæteꝶ quā ipſe ꝟtutē tanti facere videris, cur eā minus ā plecteris? Es tu ſane libroꝶ officina, ſed ex tua iſta taberna libraria nullus unq̄ ꝓdit codex, niſi cū q̄ſtu. Quid tādē adeo te libris īgurgitas? Quibus utinā, ut par eſt, utereris. Ego petiȷ̄ abs te Strabonē geographū excribēdi gr̄a, cū mihi librarius eēt domi, reddita mihi ſt a te ꝟba cū aſſentatiōe ꝑmulta, ad rē autē nihil. Petis a me nūc Sextū Empericū, eius excribendi gr̄a, gero tibi morē, ſed ea conditōe, ne mutuū tibi iure doni aſſcribas. Quare fac, ut ad me meus redeat codex, cum ſuo apud te officio functus fuerit. Vale. Ex Mediolano. iiiȷ̄. Idus Iunias. M.cccc.xli.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Excuſatoria epiſtola.

a Dhortationē tuā nō inuitꝰ audiui, q̄ppe q norim eā ꝓficiſci a beniuolētiſſimo in me aīo. Itaq̄ hēo tibi gr̄as. Veꝶ id q̄ꝫ aīo velī tecū volutes, nō eſſe in eiꝰ ptāte q nauiget Euxinū, ire ſæpe q̄ velit, ſed q̄ vēti traxerint. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Apriles. M.cccc.xliȷ̄.

¶ Franciſcus Philel. Leonardo Iuſtiniano. S.

Excuſatoriæ literæ.

SI poſſem tuo uti cōſilio, nihil oīm mallē, ſed q̄d te nō latet, tpis habenda eſt rō. Qđ q minꝰ facit, is certe prudēs eſſe non pt̄. Cetera tecū is cōmētabit, q tibi lr̄as reddidit. Nā quicqd expoſuerit, id ab me totū ꝑfectū exiſtiato. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalē. Apriles. M.cccc.xliȷ̄.

¶ Franciſcus Philel. Catoni Sacco iureconſulto. S.

Officium filio petit.

NEc inferre cuiq; ſum iniuriam unq̃ ſolitus, nec ferre contumeliā. Itaq; monendus viſus es, ut cœptis abſtineas, ne & inanis conatus tuos tacito cogitationis cōuitio tandē accuſes, & mihi argumentū afferas iure ulciſcendi. Q. ſi priſtinā amicitiā nr̃am volutare aīo volueris nihil fruſtra tentabis. Præterea non te debet cœpiſſe obliuio, & quæ locutus, et q̃ molitus fueris in Principē nr̃m, ꝓximæ tyrānidis tempeſtate. Hæc ſi efferant̄ in lucē, te puto pœniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arceſſendi teſtes. Nā et vicinia tua oīs, & tui ordinis ſocij & ſodales, item cōmanduconesq; tui conſtantiſſima teſtimonia aduerſus te ferant. Paucis te admonui. Tu ne mihi ſtomachum moueas, caue. Vale. Mediolani ex ædibus nr̃is. vj. Idus Nouembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Facino Forobronuncianenſi. S.

Traditum ſe queritur obliuioni.

QVod mihi abiens verbū non feceris, feciſti tu qdē inhūane, id q̃d non tā moribus tuis, q ſunt hūaniſſimi, dandū velim, q̃ liberalitati Calabri nr̄i Cicchi, q dum vi nūmoꝝ te obruit, facit oblitū amicitiæ nr̃æ. Quare peto abs te, eū ut roges meo noīe, ne te nūmoſiorē efficiat, quo in amicos ſis diligētior, addasq;, ſe mihi gratiſſimā rem factuꝝ, ſi negociū meū confecerit apud Principē, idq; et q̃primū, & ex ſnīa nr̃a. Quā ipſam rē tu etiā q̃diligētiſſime cures, maiorē in modū a te contēdo. Vale. Ex Mediolano. vij. Kalen. Decēbres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Calabro ducali Secretario. S.

Operam amici importune petit.

REm meā ut apd' Principē cures, tāto ſtudio te rogo, ut maiore vix aliud q̃cq̃ poſſim. Nō ea mihi cōditio eſt, ut morā pati liceat, id q̃d tibi eſſe ꝑſpicuū non ſum neſcius. Noui p̄terea occupatiōes tuas. q̃ fit, ut vel īportuniorē me ꝓbeā. Cedit em̄ neceſſitati pudor. Itaq; velim oīa ꝓ tua prudētia modereris. Vale. Ex Mediola. vij. Kal. Decēb. M.cccc.l.

Franciſcus Philel. Blondo Flauio. S.

Certior fieri petit de proſpero ſtatu amici.

PErcunctāti q̃tidie ſæpiſſime de te mihi, tandē eſt renūciatū, te Ferrariā conceſſiſſe, habereq; perbelle. Quæ res me quāta uoluptate affecerit, conſyderari abs te malo, q̃ dici a me, qui eo te amore cōplexus ſum, ut aliū magis neminē. Q. aūt in hanc diē nihil ad me ſcripſeris

non mediocriter ſum miratus. Non eñ es neſcius, ꝙ mihi iucundæ eſſe debeāt tuæ ſecūdæ res oēs, quas æque mihi atq; tibi ſecūdas ſemꝑ iudicarim. Itaq; tuæ liberalitatis munꝰ erit, ſi me feceris ꝙprimū certiorē de omni ſtatu tuo, quem indies ab īmortali deo magis magisq; fortunari non ſolū cupio, ſed etiā opto. Vale, & clariſſimo philoſopho Nicolao Vario, & eloquētiſſimo viro Guarino Veronenſi ſalutē meo noīe plurimā dicito Ex Mediolan. vij. Kalen. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Calabro ducali Secretario. S.

Grata fuiſſe ſcripta amici dicit.

ME tuæ perhūanę amiciſſimæq; lr̄æ, non mō recrearūt, ſed etiā mirifice refecerūt. Nec dubito, ꝙ ſcripſiſti, ex animi ſnīa eſſe a te ſcripta, modo quēadmodū ipſe benigne cupis, ita etiā reliqua iuſſa Principis exequant̄. Vale. Ex Mediola. vi. kalen. Decēbres. M. cccc. l.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Suadet amico, ut etiā in ſenio non quieſcat a ſtudio.

n Oſti eā eſſe ſapientū viroꝝ ſnīam, nihil accidere ꝑniciosius ſenectuti, ꝙ animi relaxationē. Ea eñ ingenij vis, quā iuuētæ feruor excitabat, iam ſpiritali ſanguis fomēto veluti tepeſcēte, paulatim hebet, ubi diligētia, & perpetuo quodā ſtudio minus acuat̄. Itaq; non abſurde monēt, qui ꝓcipiūt, eſſe in hmōi ætate labores corpis minuēdos, adaugendos aūt aī. Quanq; haud ſcio ꝙ ocioſa vita cōducat corpori. Videmus certe apud Homeꝝ, Neſtorē & aī, et corpis viribus ęque delectari. Ego aūt puto in oī ætate mediocritatē eſſe ſeruandā, & ita agendū, ut nihil nimis, nihil paꝝ. Intenſionē remiſſione cenſeo cōdiendā. At relaxari qui velit, languidæ cuiuſdā pecudis ſimillimū iudico. Quorſum hæc? Iampridē nihil ad me ſcribis, vel ꝙplurimis lr̄is ꝓuocatus. Nihil eſſe in cā aliud opinor, ꝙ ſeniū. Quare te rogo, ut & tui, & Muſaꝝ iā incipias reminiſci. Mihiq; aliqd rn̄de, ne vel ſenectutē in te accuſem, vel obliuionem, vel negligentiā. Vale. Ex Mediola. vi. kal̄. Decēbres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Baptiſtæ Schacæ Barocio. S.

Amicoꝝ oīa eſſe cōia. Carmina ſua repetit.

q Vod rebus meis utaris familiariter, nequaq; tibi vitio do. Nam ut Græci dicunt, τα των φίλων κοινα. Sed ꝙ ita utaris, ut mihi incōmodes, minime laudo. Tu mea omia carmina ita habes apud te, ut eorū mihi nullum eſſe reliquū exemplū velle videaris. Itaq; quod ſum carminū opus aggreſſus, fruſtra aggreſſus videar, ſi ita mihi te familiarē præſtiteris, ut non tua tibi ſolū, ſed mea etiā eſſe tua volueris. Quod ne turpiter uſu veniat, facito, mea omnia carmina ad me ꝙprimū redeant. Reliquiſti eñ eorum apud me nihil. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Kalen. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Baptiſtæ Schacæ Barocio. S.

Carmina iterum reddi ſibi poſtulat.

q Vantũ uideor intelligere, mauis te Dauũ haberi, ꝙ Oedipoda, qui tñ uterqꝫ dici poſſis. Carmĩa incꝫ mea mihi ꝙprimũ reddito. Q̃ ſi meæ lrãꝝ notæ fortaſſe te delectãt, tuis etiã ego cõtentus ſim. Q̃ ſi neqꝫ mea ad me dederis, nec alia ratione ſatiſfeceris officio tuo, iure mihi uel caſtigãdus, uel apertius monẽdus uideare. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris, pridie kalen. Decẽbres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Andreæ Alamanno. S.

Literas amici laudat, eumqꝫ ad uirtutẽ hortatur.

QVo te magis indies ꝑcipio, eo mihi hũanitas tua, ingeniĳqꝫ foecunditas dilucidior fit, & clarior. Tuæ me proximæ lræ mirũ in modũ delectarũt, quippe q̃ non minus amoris plenæ ſũmi erga me tui ꝙ diſertiſſimæ uiſæ ſt. Illud aũt mihi moleſtũ fuit, ꝙ hæ peruenerint ad me, quo tpis momẽto uir integerrimus, religioſiſſimusqꝫ ſacerdos frater Marianus, is q tibi reddidit hãc epiſtolã, erat cõtinuo deceſſurus ad uos. Itaqꝫ non potui q̃d uoluiſſem ad ea rñdere, q̃ tum de ꝟtute, tũ de fortuna locutus es. Sed rñdebo poſtea, cũ quid ocĳ nactus fuero, & ſi hoc mihi uix unqꝫ datur oĩno. Interim te moneo atqꝫ hortor, ut nihil exiſtimes hũanis in rebus uni uirtuti anteponendũ. Hæc eñ ſola uiget, ſapit, eſtqꝫ ĩmortalis. Reliqua oĩa & uana ſunt, & fragilia, planeqꝫ caduca. Qđ ſi tecũ diligenter aĩo uolutabis, tibi Salmacis datura ſit ſpolia, nõ tu illi. Vale. Ex Mediolano. iiĳ. Nonas Decẽbres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel. Sphortiæ ſecundo. S.

Promiſſa confectum iri petit.

p Eto abs te maiorẽ in modũ, ut q̃d & mihi corã recepiſti, & ex proximis meis lrĩs audire potuiſti, id apud patrẽ tuũ præſtantiſſimũ, & munificentiſſimũ Principem ꝙprimũ, & ꝙoptime conficias. Hac mihi re neqꝫ gratius quicꝙ, neqꝫ magis neceſſariũ pręſtare potes. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Decẽbres. M. cccc. l.

¶ Fran. Philel. Sphortiæ ſecũdo. S. Ad idem.

PEtĳ abs te ꝓximis lrĩs ſcđm, q̃d etiã nunc tertiũ et peto, & te q̃ꝫ ſi pateris rogo, ut rẽ meã apđ Principẽ nrm munificẽtiſſimũ patrẽ tuũ, ubi minus confeceris, ita conficias, ut mihi abiens corã recepiſti. In hunc diẽ neqꝫ tu rñdiſti quicꝙ, nec ex alio ſum certior factus q̃d egeris, aut nõ egeris. Itaqꝫ aut rñde ꝙprimũ, aut equũ mitte, quo uehar ad uos Nã ſi ad uos uenero, facile futuꝝ ſuſpicor, ne uacuus Mediolanũ repetam, ꝓſertim cũ iam inſtet natalis Chrĩanus, quo Princeps ſolet ad bñficentiã exhortari. Vale. Ex Mediolano. v Kalen. Ianua. M. cccc. l.

¶ Fran. Philel. Nicomedo Tranchedino. S. Officiũ petit amici.

q Vod et Princeps noſter Franciſcus Sphortia tibi abeũti iuſſerat & ipſe ꝟbis pluribus abs te petĳ, ſi minus in hanc diẽ conficere

potuiſti,ut conficias tandẽ,cupio.Hac em̃ una re necꝫ gratius mihi quicꝗ̃ pręſtare queas,nec etiã iucundius. At qui beneficiũ illud quis non libenter conferat,q̃d is in quẽ conferamus, maximi ſit facturus, & eo tamen uſurus nõ ſit? Sic em̃ tum ſumus liberales, tum ex huiuſmodi nr̃a liberalitate,necꝫ moleſtiæ,necꝫ incõmodi quicꝗ̃ accipimus. Tenes q̃d velim. Vale.Ex Mediolano.xv.Kalen.Ianuarias. M. cccc. l.

¶ Franciſcus Philel.Facino Forobronũciano. S.

Petit ut ad ſe amicus veniat.

SI cõmode fieri abs te p̃t,huc hodie venias,ꝑeto.Sum em̃ tecũ quędã cõmẽtaturus,ꝗ̃ re velim ne differas,necꝫ cõmittas, ut te potius excuſandũ cunctatõis,ꝗ̃ laudandũ ꝓperationis oñdas. Vale.Mediolani ex ædibus nr̃is,Kalen.Ianua.Anno a natali Chr̃iano.M.cccc.li.

¶ Franciſcus Philel.Ioanni Mario filio. S.

Anxium ſe ait ſuper valitudine & abſentia filij.

p Oſteaꝗ̃ a nobis abijſti,de te nihil accepimus.Itaꝗ̃ nõ poſſumus nõ vereri,ne q̃d tibi q̃d nolim⁹,acciderit. Nã hoſpes ille ad quẽ diuerteras nocte,cuius ꝓximo die hinc ꝓfectus es,Mediolanum mõ veniẽs,renũciauit te,cũ eſſes apud ſe hoſpitatus,viſum eſſe e ſtomacho laborare,& de caupone queſtũ,apud quẽ prandiſſes. Quare velim me facias de te,tuiſꝗ̃ cõſilijs ꝗ̃primũ certiorẽ.Nã ſi vales,q̃d iſtic ip̃s inaniter teras, neſcio.Sin min⁹ vales,danda eſt opa, ne tua negligentia ſis peiore conditiõe.Vale.Ex Mediolano.v.Idus Ianua. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Laurentio Gyni filio.

Silentium diuturnum accuſat.

n On poſſum officiũ tuũ non accuſare , ꝙ tamdiu ſilentiũ egeris. Nec em̃ mei oblitus eſſe debes , quẽ mirifice diligere conſueſti. Nec etiã Pythagoreus factus es tã repente,qui elocutiõis ſtudio maxime oĩm inſeruire didiceris.Nec te ſuperbum factum eſſe puto,qui humanitate & manſuetudine nemini cedas. Itaꝗ̃ niſi te iure accuſatum malis,facito propediem intelligã, quid in cauſa fuerit, ut tanto ſilentio te dederis.Vale.Ex Mediolano,Idibus Ianuarijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Auguſtino Daco. S.

Silentium carpit.

n Vlla ratione adduci poſſum,q̃n credã te mei eſſe amantiſſimũ, a quo ſis pulcherrime inſtitutus . Sed non poſſum non mirari, ꝙ nihil literis obſtrepas , qui quotidie cum apud vos agerem, me pulcherrimis tuis,ſuauiſſimiſꝗ̃ epiſtolis veluti laceſſeres.Nunc vero totus es mutus, qui quo es factus lingua ſolutiore, eo te loquatiorẽ eſſe oportuit. Vale.Ex.Mediolano,Idibus Ianuarijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Franciſco Patricio. S.

Literas a diſcipulo petit.

q Vam de te Philelphus ſit benemeritus, eloquētiæ & eruditionis nomen, q̄d es per oēm Italiā non mediocre, neq; obſcurū adeptus, facile declarat. Quo fit, ut non neſcius eſſe debeas, q̄ te gratum eſſe oporteat. Quod em̄ maius in quenq; beneficiū conferri poteſt, q̄ diſciplinæ & eloquētiæ: quibus rebus non modo cæteris omnibus aniantibus, ſed ipſis quoq; prēſtamus hoībus, qui nihil ſupra hoīem ſapiunt. Deſydero igitur officiū tuū his in rebus, quibus a nobis vel inſtitutus es, vel confirmatus, ni tacendi fortaſſe, q̄ loquendi artē profiteri malis. Vale. Ex Mediolano, Idibus Ianuarijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Blaſio Axeretenſi equiti aurato. S.

Plantas ſibi mitti petit.

IAm ver eſt in limine. Itaq; a te peto, ut q̄s hyeme plantas illas ficulneas ad me dare veluti peritior agricola noluiſti, nūc tandē dare incipias. Niſi fortaſſe (q̄d olim) moleſte feras, res ullas bonas fore tibi communes cū alijs. Nā ſi pluribus rogari te cupias, non poſſum nō vereri, ne vel inuidiæ, vel obtrectatōis ſis accuſandus, q̄s quidē perturbatiōes indignas arbitror magnitudīe aī tui. Cupio itē plantas prunoꝝ Damaſcenoꝝ. Vale. Ex Mediola. iiij. Nonas Februarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Librum ſerio petit ſibi reddi.

p Ollucē meū videre cupio. Nā eiꝰ mihi pñtia vehemēter ē opus. Quare ne iſtū patiaris apud te diutiꝰ hoſpitari, maiorē in modū abs te peto. Vale. Ex Mediola. xij. Kalen. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Laurentio Vallæ. S.

Conſilium mutatum ab amico miratur.

AVdio te reliq̄ſſe Alphōſum regē, & eſſe Romæ. Nec dubito te nihil ꝓ tua prudētia feciſſe temere. Miror aūt cum ab Alphonſo honorifice, & ut accepi, cōmode tractareris, q̄d Romæ q̄ Neapoli hoc tpe vitā agere malueris, pſertim cū non ſis neſcius, q̄s fluctus nauigaturus ſis. Non em̄ ocioſum te eſſe patient, qui viros bonos, eruditosq; inſequi vel abſentis conſuerūt. Tibi aūt ut oīa ſecunda ſint, plurimū opto. Vale. Ex Mediolano. xij. Kalen. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Hortatur amicū, ut libros tandem reddat.

IAm pudet me repetere toties libros illos, quos cum Conſtātinopoli agerē, ad te dedi. Video em̄ ad id te nihil oīno in hanc diem rńdere. Nec ſatis intelligo ſnīam animi tui. Non enim iccirco tacere te exiſtimo, ꝙ meos mihi libros nolis reſtituere. Noui em̄ & grauitatē, & conſtantiā tuam, noui fidē, noui integritatē. Ad hęc ea es altitudine animi, ea quā Græci μέγαλοπρέπειαν dicunt, noſtri v̄o magnificentiā recte nomīant, ut non modo quæ aliena ſunt, nolis inuito domino, ſed etiā

tua q́ munificentiſſime in alium conferas, præſertim eum quem tui eſſe
obſeruantiſſimum non ignores. Itaq; te mi humaniſſime Barbare rogo
etiam atq; etiam, ut meos mihi libros, qui iam annos triginta hoſpitati
apud te ſunt, contubernalis efficias, & id hac quidem lege, ut quē codi-
cem ex omnibus magis adamaris, eum tibi perpetuum eſſe atq; tuum
velim. Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Angelo Reatino Iureconſulto. S.

Pollicita maturari deſyderat.

QVod de meo negocio cū Ciccho Simoneta ūba feceris, eſt mihi
gratiſſimū, ſed eo grati⁹ futurū, ſi breui, & ut decet, q̊d perhuma-
niter Cicchus eſt pollicitus, conficere ipſe ꝑexerit. Nullo em̄ mo
do recte conſultū eſt rebus meis tādiu tēpus terere. Annus em̄ præterit,
poſteaq́ optimus Princeps noſter huius florētiſſimæ, reip. eſt potitus, q
quanq́ munificentiſſimus in me eſt, ego tñ adhuc de ſtatu meo incertus
ſum. Et res mea domeſtica eſt adeo attenuata diuturnitate bellorū, et vi-
ctus caritudine, ut ad tenuitatē accedere nihil queat. Nec Principis glīæ,
nec laudi meę conducit eſſe Philelphū anīo ægro, q̊d tamdiu ſit, neceſſe
eſt, quoad egere deſierit. Nā egeſtatē nimiā muſæ abominant̄, qua lętæ
eſſe nō poſſunt. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Kal. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Simonetæ ducali Secretario. S.

Expedire petit, quod in rem ſuam ſit.

Go te plurimū rogo atq; oro, ut rē meā iam tandē expedias. Ni
e hil em̄ prudēti viro ſtultius duci puto, q́ ſibi ac rebus ſuis neſci-
re conſulere. Nec em̄ mihi ſꝑ pendendū eſt. Ita eſſe ut ſum, neq;
Principi cōducit, nec mihi. Vale. Ex Medio. xij. Kal. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Librum repetit.

ILlas. M. Tullij Ciceronis orōnes, q̃s a me cōmodato accepiſti hr̄e cu-
pio. Itaq; eas velim ꝓpediē ad me des. Nā iamdiu tuo hoſpitio uſæ
ſunt, q̃re facito domū repetant, vereor em̄ ne dn̄m ſint oblitæ. Q; ſi tar-
darint, extrude. Vale. Ex Mediolano. xij. Kalen. Martias. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Blondo Flauio apl̄ico Secretario. S.

Lr̄as ſe nondū accepiſſe dicit. Deinde ſtatū ſuum ꝑcat.

Audeo ꝙ ſcribis te meas anteuertiſſe lr̄as, & ſi tuæ q̃ntū videor
g ītelligere, utunt̄ adhuc inceſſu teſtudineo, nondū em̄ aduētarūt.
Quare vide ne fides infido illi nūcio deſyderanda ſit. Q; aūt de
ſtatu meo certior fieri vis, hic me Princeps ſingl̄ari beniuolētia eſt cōple-
xus, cumulatq; q̊tidie maioribus bn̄ficijs, Hieronym⁹ gener, reliquaq;
familia nr̄a bn̄ habet. De Strabone nihil eſt q̊d laboremus. Amicus em̄
ille eū habere ſe ꝑnegat. Iſtic eſt apud Auriſpā eiuſmodi Strabo geogra-
phus, & ut audiui, apud Guarinū, ſi quē habere potes, cōmodato mitte

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0070-9

ad me,& ad triduũ uſqꝫ faciã q̃d cupis. Te nr̃o Principi ꝙ̃diligẽtiſſime cõmendaui,q tũ iucũdiſſime de te audiuit,tũ rñdit phũaniter,et pbenigne. Vellem,q̃d ſcribis,uno eẽmus atqꝫ eodẽ loco,q̃ alter altero frui aſſi due poſſemus. Nã cum ſtudioꝝ et ſi͠ſitudo,tũ conſilioꝝ cõicatio,& con uictus aſſiduusqꝫ uſus amicitiã maxĩe non tuet̃ ſolũ,ſed auget,& ſuaui orẽ efficit. Q̃ꝫ te tantiſper ad agriculturã contuleris,dũ ver adolere incipiat,laudo,modo piri iſtæ quas inſeris,& cõſitiões vitiũ uberrimũ fru ctum aliquẽ breui ſint allaturæ. Cum Italiã tuã omni ex parte exornaris,fac videam. Vale. Ex Mediola. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Sphortiæ ſecundo. S.

Dicit ſe nihil accepiſſe promiſſi.

POllicitus es non modo non petenti mihi, ſed ne cogitanti quidẽ,te dono daturũ neſcio quid. Ita nolim te falli opinione tua, ut intelligas nihil eſſe mihi redditum tuo nomine, nec item alterius cuiusqꝫ in hanc diem. Quare facito,ne vel obliuionis accuſeris, vel negligẽtiæ. Nam utrunqꝫ crimen tua præclara indole eſt indignum. Vale. Ex Mediolano,quinto Idus Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Patricio. S.

Amari ſe lætatur,& rediturum ſe ſpondet.

EXliteris Xenophontis filij liquido cognoui, quod mĩme dubitabam,ſingularẽ erga me tuã beniuolentiã. Lætor autẽ vehemẽter, ꝙ vetus illa de te mea me nequaqꝫ fefellit opinio. Itaqꝫ ut intelligas me vi amoris non vinci abs te, decreui omnino ad vos redire, modo æqua id conditione fieri a me poſſit. Tuũ igitur munus fuerit,ut quod cœpiſti ſponte,id etiã mea cauſa perficias. Xenophon reliqua tecũ com mentabitur. Ego patrẽ tuum grauiſſimũ & optimũ virum bene valere opto. Vale. Ex Mediolano,pridie kalen. Apriles. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Michaeli equiti aurato. S.

Laudat amicum, ꝙ ſe amat.

g Audeo equidem plurimũ, ꝙ non ſolum in rei pecuniariæ, ſed in amicorũ etiam hæreditatem ſuccedere inſtitueris patri tuo clariſſimo & ſapientiſſimo viro,qui cũ mihi tanta familiaritas beniuolẽtiaqꝫ fuit,ut maior cuiqꝫ eſſe poſſet cũ nemine. Nam filius Xenophon literis mihi ſignificauit, quanto ſtudio ac fide operam das , ut me corã perpetuo uti atqꝫ frui poſſis,imitatus humaniſſimũ patris ingenium,æque me diligis,atqꝫ ille conſueuit. Itaqꝫ tibi gratias habeo maxĩas. Vt autẽ intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere,Xenophon filius,quã ego decreuerim ire in ſententiã tuam,tibi coram exponet. Vale. Ex Medi. pridie. kalen. Apriles. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Accuſat quendam raræ ſcriptionis.

q Voties accipio tuas lr̃as, toties Leonardũ meum, patrẽ tuum, vel potius noſtrũ clariſſimũ, & præſtanti ſapientia virũ videor corã aſpicere, eundẽq; mutuo & audire, & alloqui. Quæ quidẽ res cum ſummã mihi afferat voluptatẽ, facile debes intelligere, q̃ mihi moleſtũ ſit, cum etiã bis, & iterũ inuitatus, interdũ nihil reſpondes. Ad reſurrectionẽ Chriſtianã, id quod hortarꝫ, te viſere inſtitui, mõ id mihi facere liceat per Principẽ. Quare q̃d facto fuerit opus, corã una cõmen= tabimur. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Apriles. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio, phõ, medicoq;. S.

Silentium excuſat, & literas petit.

i Am mẽſes ꝓpe duo p̃teriere, poſteaq̃ nullę mihi tuę lr̃æ ſunt red ditæ. Itaq; ſum miratus & tuũ, et Bernardi Iuſtiniani ſilentiũ. Si mihi quicq; es facturus, ꝙ gaudeã maxĩe, cura ut ꝓpediem lr̃as tuas q̃ longiſſimas lectitẽ. Vale. Ex Mediolano. v. Kalen. Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Salarium duplum petit, ut redeat.

q Vod Senẽſes reditũ ad ſe meũ vehemẽter cupiũt, gaudeo. Oĩm ꝑmũ tibi videndũ eſt, q̃nti faciãt meũ reditũ, ut ĩtelligas me nul la conditõe Senã repetiturꝫ, niſi duplo mai⁹ mihi ſalariũ eo cõſtituerĩt, q̃d antea p̃ſtitiſſent. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Daualo equiti aurato. S.

Diligere ſe ait amicũ, & ſp dilecturꝫ, etiã ſuũ pollicet̃ aduentũ.

QVantã mihi voluptatẽ attulerit tua illa pergrauis diſertiſſimaq; ep̃la, quã nudiuſquartus a te accepi, & ſi debes aliis lr̃is meis ĩtel lexiſſe, tñ q̃a fit interdũ, ut lr̃æ non reddant̃, iccirco eędẽ rurſum atq; ab me ſcatũ iri exiſtimaui. Quãti ego ſp fecerim beniuolentiã tuã, iam totos ãnos. xij. cognoſti. Itaq; amabã te, colebã plurimũ, ſolo egre= giæ virtutis tuæ interuẽtu. Aliud bñficiũ interceſſerat nihil. Nunc autẽ cũ video, q̃nta me benignitate ꝓſeq̃ris, potes facile cõiectare, q̃nt⁹ cumu lus acceſſerit ad obſeruãtiã erga te meã, nihil eſt ꝑfecto q̃d magis cupiã q̃ id p̃ſtare, ut q̃ dilucidiſſime ꝓſpicias, me unũ eſſe ſpq; futurꝫ, q̃ de uno ea tibi poſſis oĩa polliceri, q̃ de gratiſſimo, & obſeruãtiſſimo hoĩe expe ctari cõueniat. Aduentũ aũt meũ ad Alphonſum regẽ maturabo ſimul atq; librarius ſatyrarꝫ codicẽ, quẽ cœpit, excripſerit. Tu me interim & regi cõmenda, & tibi. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalẽ. Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Daualo equiti aurato. S.

Peſtilentiam ait incrudeſcere.

COepit Mediolani adeo peſtilentia incrudeſcere, ut nõ poſſim mihi non metuere. Itaq; nihil eſt quod omittam ad parandũ iter ad te, modo librarius non me fallat, ad ſecundũ uſq; mẽſem, aut paulo amplius te videbo. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Mariano ſacerdoti. S.

Certior fieri petit de commiſſis.

QVid in cauſa fuerit, ut poſteaq̃ hinc abiiſti, nihil de his reſponderis, quæ tuæ fidei pro amicitia nr̃a mandarã, non prius intelligã q̃ ipſe tu me feceris tuis literis certiorẽ. Quare ſi me nunc diligis, ut antea conſueuiſti, a te peto, ne me longius teneas deſyderio tuarũ literarum. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Panhormitæ. S.

Commendat filium.

SI qua in re Xenophonti filio fuerit opus tua opera, ſcio te nihil eorũ prætermiſſurũ omnium, quæ meá intereſſe cognoris. Quis enĩ eſt cui q̃ tibi charior eſſe debeam? Nam ego te nõ ſecus diligo, amoq; ex animo ac fratrẽ, id quod tibi niſi ex omni parte eſt cognitũ, quid eſſe cognitũ poſſit, non intelligo. Vale cum pudiciſſima uxore tua, pulcherrimaq; filiola. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Daualo equiti aurato. S.

Loqui ſe ait per filium, qui literas pertulit.

XEnophon filius ad te venit, ex quo mentẽ meam oẽm intelliges. Quare quicquid tibi nomĩe meo expoſuerit, ita accipe, ac ſi me coram loquentẽ audires. Verba enĩ filii patris ſunt omnia. Itaq; me totũ in Xenophonte apud te eſſe exiſtimato. Te autẽ rogo, ut idem in me ſis, qui fuiſti ſemper, hoc eſt & facilis, & humanus, & quãtum ad regem attinet, perbenignus. Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſces. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Nihil q̃d ſcribat occurriſſe ait. Item de podagra.

QVærenti mihi lr̃as ad te dare, quas lecturus libenter fores, nullũ ſane conſentaneũ Muſis occurrebat argumẽtum. Nam q̃d aliud Philelphus digni⁹ ſcribat ad Barbarũ, q̃ de humanitatis ſtudiis? At hæc ſcilicet apud nos ſordẽt. De rebus vero bellicis, q̃s video quotidie impẽdere ardentioris, nõ eſt mei muneris quicq̃ obſtrepere. Q, aũt acceperim te ex pedibus laborare, nõ poteſt mihi pro nr̃a ſumma beniuolẽtia non eſſe ꝑmoleſtũ. Eſt enĩ indignus, qui quicq̃ patiaris q̃d nolis, ꝑſertim cũ ſis vita continẽtiſſima, ni fortaſſis iſte ſit morbus abs q; maioribus tuis hereditarius. Nã podagra, ut Hippocratis ſententia eſt, fit ex eo ſanguine, quẽ bilis ac pituita corruperit, & id quidem in venis gracillimis, q̃bus corpus ut ꝑneceſſariis carere nullo pacto pt̃õ. At ipſe tu nulli es bili obnoxi⁹, qui unus oĩm ſis moderatiſſimis moribus. Sed nec pituitæ quidẽ, qui nulla ſis nec ingenii, nec corp̃is craſſitudine. Quare cũ iſtiuſmodi offenſio a parẽtibus in te inſit, fer æquo anĩo hæreditatem. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Nicolao Arcimboldo, ducali ſenatori ac iurecõſulto. S.

Promittit ſe curaturum omnia.

NI tibi viro integerrimo, & eruditiſſimo homini, & cum rerũ me
arum omniũ, tum meiĳpſius in primis ſtudioſo, gratificer omĩa
quæ pręſtari a me queant, ſim plane ingratus. Faciam igiť quod
tantopere efflagitas, & id quidẽ non libenter minus ꝗ̃ diligenter. Cæte-
rum noſti occupationes meas, quibus ſi voluntatẽ meam cõparaueris,
haud me cunctationis accuſabis. Studebo tamẽ, annitarq; manibus ac
pedibus, ut aiunt, ut diligentia omnẽ ſuperet neceſſitatem. Vale. Medio
lani ex ædibus noſtris, Idibus Iuniĳs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Donato Actiolo. S.

Nomĩa librorꝫ priſcorũ deſyderat ſibi ſcribi.

ACcepi eſſe apud vos quoſdam priſcos de arte Grãmatica libros,
quorꝫ velim noĩa ad me ſcribas. Nam q̄bus hoc tpe in publicis
ludis Græci utunť libris, pleni ſunt ineptiarꝫ, ac plane tales, ut ad
dediſcendũ ſint, ꝗ̃ ad diſcendũ longe magis accõmodati. Tu fac quod
peto, ac Vale. Ex Mediolano, Idibus Iuniĳs. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Catoni Sacco equiti aurato, ac iureconſulto. S.

Arguit amicum auariuſculum factum.

Iunt te mi Cato auariuſculũ factũ, quod plurimũ miror. Nam
a cui paras pecunias tuas, qui liberos ne gigneres, uxorẽ Mathu-
ſalem tibi matrimonio iunxiſti? Fratri ne? At ille eſt longe te
ſtultior, qui a tuo conſpectu non ſecus fugit, q̃ ſi baſiliſcũ intuereť. Num
te podagra iccirco in auariciã agit, ꝙ metuas fore, ne ſi leges docere, &
ius ciuile cogaris deſerere, ad pauperiẽ priſtinã redigare, quaſi tibi non
propterea iunxeris locupletẽ anum uxorẽ, ꝙ nũmos liberis prętuleris?
Viue igiť, ut conſueſti, liberaliter, neq; tibi pauperies metui ſit. Nullus
eñ vehemẽtior dolor vacat febre, quæ una te breui, ni ſapias, oĩ exuet
cura. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iuniĳs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Andreæ Alamanno. S.

Commendatio ironica, ac ridicula.

DEmetrius Siguropolus iſtac iter facturus in urbem Romã, petiĳt
a me, ut ſe tibi per lr̃as cõmendarẽ. Quod mihi tam facile eſt, ꝗ̃
quod facillimũ. Modo intelligas eũ eſſe Demetriũ, qui cũ grauis-
tate ac vero nihil habuerit in cõe unq̃. Ex librario non inepto (quãtum
ad formã literarum attinet) vult videri philoſophus, id quod tibi ex or
natu capitis, longiori q; pallio tibi facile fuerit iudicare. Nam neq; vitæ
inſtitutis, neq; doctrina ulla philoſophi quicq̃ ſapit. Verũ lingua eſt &
celeri, & ſuaui, ut Græcorũ nemini cedat. Voce quoq; & clara, & ſono-
ra. Rem omnẽ tenes. Ita tibi hoĩem cõmendo, ut illi adſis, & tecum habi
tet. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iuniĳs. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Benedicto Nurſino phō, ac medico ducali. S.

Peſtilentiā ſe timere ait, & conſilium petit.

On eſſe poſſum ſine ꝑmagna ſollicitudīe animi, ac modeſtia ob hunc peſtilentiæ morbū, quo uniuerſa correpta ciuitas in aſſiduis, īnumerabilibusq̄ funeribus, & dies conſumit, & noctis. Neq̄ ſatis ſcio qd conſilij capiā. Nam ſine liberis, uniuerſaq̄ familia hinc decedere, & inhumanū ſit, et dedecoroſum oīno. Diutius ṽo verſari inter tot, ac tantos ineuitabiliū ſagittaꝶ ictus, eſt hoīs non minus diſſoluti, q̄ inſipientis, planeq̄ inſani. Preterea & quo ſim ꝓfecturus, & quo pacto, qui & pecunijs caream, & ab omni fortaſſis urbe metu contagionis excludar? Peto igitur a te mi Benedicte, ut tuis me prudētiſſimis conſilijs adiuues. Vale Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Angelo Reatino Iureconſulto. S.

Peſtilentiam incrudeſcere ait.

ET Princeps abeſt Mediolano, & peſtifer hic morbus incrudeſcit indies magis atq̄ magis. Nec mihi integrū eſt, maneam ne, an abeam, ita ſum & anīo perturbato, & conſilij egens, in tanta præſertim rerū meaꝶ oīm difficultate, & inopia. Accedit item ad malū, q̄ edicto Principis cautū audio, ne quis Mediolano decedens, in loca alia admittat̄ eius ditioni ſubiecta. Rogo te maiorē in modū, mihi faciunda ut q̄primū conſulas. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Simonetæ. S.

Paupertatis incōmoda narrat, & conſuli ſibi petit.

Eus his vel mortuis ſit iratus, qui primi auro & argento preciū ſtatuerūt, ut qui caret alterutro, inutilis (ut ita dixerim) habeat̄. Quod nūc video accidiſſe. Quāto verſor in periculo, atq̄ diſcrimine inter hęc peſtilentiæ iacula, tute vel reticente me aīaduertis. Si mihi adeſſent pecuniæ, ꝑmultos haberē fautores & ſalutis, & dignitatis meę. Sed quoniā illis careo, præter te unū virum optimū, & hominū mihi amiciſſimū, cæteri oēs alij negligunt, alij contēnunt. Nec tñ tibi perſuadeas volo, me frangi aīo, aut aliud quicq̄ humilius de me ſapere Quin eorū potius miſereor, qui in homīs figura vitā pecudis repræſentant. Velim tñ pro noſtra amicitia mihi cōſulas, quę ſit tua de rebus meis ſententia. Nam nec diutius mihi agere licet Mediolani, propter īualeſcentē indies magis atq̄ magis incrudeſcentē peſtilentiæ vim, & efferatā rabiem, nec alio ſecedere indigenti pecuniarū. Literæ eñ ducales nihil oīno mihi ꝓfuerunt apud hos ædiles, hoc eſt prouentuū ducaliū magiſtros, quos vocāt. Ni metuerē fore, ut offenderē Principis voluntatē, abirem extra hanc Galliā ciſalpinā tutioris in locos. Vale, & Principē hortare, ut meminerit mei. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Cur breuis ſit, indicat.

REſpondi nudiuſtertius tuis literis. Itaq; in præſentia breuitate ſum uſus, præſertim q̄ Xenophon filius iſtuc iret, qui tecum meo nomine verba facturus eſſet. Venit enim, ut Ioannem Marium fratrem comitetur Mediolanum. Huic velim, mea illa conuiuia ad me des. Vale. Ex Mediolano Idibus Iunijs. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Filium ad ſe rediturum ſignificat.

PVto audiuiſſe te, inſtituiſſe Ioannē Mariū filiū ad nos reditū facere. Quare petijt per lr̄as, ut Xenophonta Genuā, qua iter facturus eſt, q̄primū mitterē, quo ſe comitet̄ Mediolanū. Reliqua Xenophon ipſe filius meis verbis tibi coram narrabit. Ego Arrhianum vehemēter cupio. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Stomachat̄ ſe lr̄as ad ſe datas non accepiſſe.

CVm cæteris in rebus me tuæ ꝓximæ lr̄æ plurimū delectarūt, tum eo me nō mediocriter ꝑturbarūt, q̄ publicæ fidei lr̄as ꝑcabas iam ſupra ſcd'm mēſem miſſas ad me a Bernardo Iuſtiniano, viro patricio, & mihi amiciſſimo. Fatebor tibi īgenue, quæ añ fuit opinio mea. Inſtituerā, ut ſcis, ad reſurrectionē Chr̄ianā ire ad vos. Itaq; me pararā, quotidie lr̄as vr̄as auidiſſime expectās. Sed ubi aduenit cōſtituta dies, nec ego ex te, nec ex alio quoq; amicoꝝ video quicq; epiſtolaꝝ. Cœpi mecū vehemēter ſtomachari, atq; iraſci mihimet, qui oīno fruſtra amarem. Itaq; decreuerā nihil poſthac amplius ad vos ſcribere. Sicq; diſtuli cōpluſculū tp̄is, ut noſti. Deinde cū refrixiſſet excandeſcentia & amicitię vis rurſus cōualuiſſet, nō potui me cōtinere, quin aliq̄d tecū obſtreperē. Nunc re quā ſcribis, diligēter cōſyderata, quid iudicaturus ſim neſcio. Vnū aūt cupio, ut me facias q̄primū certiorē, qui nā ille fuerit, cui Bernardus lr̄as ad me dedit. Reliquū eſt, ut aliæ parent̄ publicæ fidei lr̄æ, quibus tp̄s duoꝝ menſiū ſit ꝑfixū, atq; incipiat ad. xvij. Kalen. Septembres. Ad id em̄ tp̄is inſtituti, ꝓculdubio vos viſere, id q̄d me tuto facturꝝ volo. At nolim, mihi obeſſe poſſit, q̄ iādiu in his ſum, q̄bus cū tam dura bella geſſiſtis. Sum aūt iturus ad Alphonſum regē. Quare diuertam ex eo ad vos itinere. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Iulias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo. S.

Conquerit̄ ſe lr̄as non accepiſſe, & venturꝝ ſe ſpondet.

Vm certior factus a Gabriele mirabili (qui modo iſtinc Mediolanū orator redijt) dediſſe te ſibi alias ad me lr̄as circiter Kalen. Februarias, quas ego vidi nunq̄. Nec aliæ oīno ullę ex te mihi redditæ ſunt lr̄æ, præter eas, quas ex Puteolis ad. xvij. Kalen. Maias ad me dediſti. Itaq; nihil tibi mirandū eſt, ſi nullū a me reſponſum accepis

ſti.Nam quid ſcripſeras,ſcire non potui.Ad ꝓximas aũt reſpondi.Nũc aũt habeo noui nihil.Satyrarꝫ codex quotidie excribit̃. Si prius nequiuero,ad Auguſtũ ſaltem iter oĩno ad vos capiam.Ante id tẽporis nullo pacto licet.Vale.Ex Mediolano.x.Kalen.Iulias. M. cccc. li.

¶ Fran.Philel.Catoni Sacco iurecõſulto,& eq̃ti aurato. S.

Laudat amicum.

X Enophon filius coram tibi exponet,quid fieri abs te velim. Tu autem facies ſcio,quod ſemper conſueſti,& amice,& recte. Ego ad Auguſtum ſum ad Alphonſum regem iter facturus,ab eodem ſcilicet inuitatus.Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſces.Vale.Ex Mediolano.iiij.Kalen.Iulias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Aenico Dauolo,equiti aurato. S.

Literas petit.

QVod modo.x.Kalen.Iulias ad te ſcripſi,hinc ad vos iter capiã ad proximũ Sextilem.Interea vero tẽporis ſatyrarꝫ codex,quẽ regi dono daturus ſum, luculentiſſime exarat̃. Tu velim operã des, ut regiæ familiaritatis lr̃æ,quarꝫ comitatu inter ꝓficiſcendũ utar,q̃ꝑ primũ eant ad me. Audio iſtic eſſe Venetorꝫ oratorẽ, cuiꝰ tu hac in re opa uti poteris,ea ſcilicet,ut iſtiuſmodi lr̃as ad egregiũ medicũ Petrũ Thomaſiũ,qui Venetijs agit,& mihi,& tibi eſt familiariſſimus,q̃ꝑ diligẽtiſſime ꝓferendas curet.Is em̃ eſt a me iam cõmonefactus,ut eas lr̃as cũ primum acceperit,mittat ad me.Tu me interea diuo Alphonſo, tibiq; cõmenda.Vale.Ex Mediolano,pridie Kalen.Iulias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Ciccho Simonetæ. S.

Conqueritur ſe pecunias non recepiſſe.

TErnis lr̃is meis eſſe debes certior factꝰ,me neq; Papiæ, neq; Mediolani rẽ pecuniariã,quã decreuit Princeps,conſequi potuiſſe.Nam & Papienſes,& Mediolanẽſes ingr̃atus, nullas ſibi pecunias eſſe reſponderũt.Id autẽ quanto mihi incõmodo ſit,vel me reticente cognoſcis.Itaq; tua erit humanitatis,ita ad hos Mediolanẽſes ſcribere,ut intelligant ſe ſua falli oportere opinione,qui nolunt ſe plus poſſe, q̃ꝑ Principem.Vale.Ex Mediolano,pridie Kalen.Iulias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Petro Thomaſio medico. S.

Deſyderium videndi amicum inſinuat.

IAm quartum ad te ſcripſeram , poſteaq; nullæ mihi redditæ ſunt literæ tuæ.Poſtea vero nihil accidit,quod tua intereſſe arbitror,præter incredibile deſyderium meum viſendi tui, quod indies magis magiſq; augeſcit.Hoc autem me leuare, tui eſt officij. Vale. Ex Mediolano.xv.Kalen.Auguſtas. M. cccc. li.

¶ Fran.Philel.Aenico Dauolo,equiti aurato. S.

Venturum ſe dicit,& literas regis expectat.

Ppropinquat iam Auguſtus, quod ad tēpus me ad vos venturū
a rum antea ſcripſerā. Satyrarum codex feſtinat ad calcem. Ego li
teras regias, quibus de antea ad te ſcripſi, vehementer expecto.
Vale. Ex Mediolano. xv. Kalen. Auguſtas. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Excuſat ſe apud amicū, & ei negocium dat.

QVæſiui diligēter, ut tibi quē cupis laboris ſociū aliquē inuenirē:
Nemo hic eſt in pñtia, q iſtiuſmodi ꝓuinciā ſubire velit. Nec tñ
dubito fore, ut cū melius res hic habuerit, qn ſe aliqs offerat, quē
ad te mittā. Interim cura ut valeas cū ſpōſa, et ad me Arrhianū hiſtoricū
ꝗ̄primū des. Ad hæc velim dicas Nicolao Cebæ hoī amiciſſimo verbis
meis, ut curet, ſi me amat, mea ad me cōuiuia ꝓpediē dare. Cupio em̄ illa
mecū ferre ī hoc meo ad Alphōſum regē itinere. Si ali⁹ fidus nūcius nō
occurrerit, ſaltē tabellarius mercatorꝫ deeſſe nō poſſit, cui qcqd nūmorꝫ
ꝓmiſerit, ip̄e libent̄ diſſoluā. Vale. Ex Mediola. v. Kal̄. Augu. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio medico. S.

Silentium latenter accuſat.

NOn poſſum nō ſubdubitare factū eſſe, ut tot q̄s ad te dedi lr̄as, in
terceptæ ſint, qñquidē iam ſextū ſcripſerim, poſteaq̄ꝫ nulla mihi
oīno vel ꝑbreuis epl̄a tua reddita eſt. Deus īterceptorib⁹ male fa
ciat, q me priuāt iucūdiſſimo fructu ſmonis tui, q mihi oī melle eſt ſua
uior. Itaq̄ꝫ velim cures, ut oī rōne atq̄ꝫ arte fallētis fallas, ac me expleas
deſyderio lr̄arꝫ tuarū. Vale. Ex Mediola. vij. Idus Augu. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio medico. S.

Officium petit amici.

AD ſeptimū Idus Auguſtas cū iam meas lr̄as obſignaſſem, binæ
mihi tuæ redditæ ſt̄, q̄bus diligētiſſime ꝑlectis, rñdi etiā tunc tibi
quantū opus fuit. Nūc aūt abs te peto, atq̄ꝫ contēdo, ac ſi pateris,
etiā atq̄ꝫ etiā rogo, ut oī cura & diligentia operā des, ut q̄ mea ſcis intere
eſſe, ꝗ̄primū conficias, hoc mihi nec gratius ferre potes, nec neceſſariū
magis. Vale. Ex Mediola. xviij. Kalen. Septēbres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Mario filio. S.

Profecturum Cremonā ſe dicit.

n E fruſtra ad nos eas, hoc die Mediolanū egredimur, petituri cre
monā, ubi tādiu futuri ſumus, q̄ad hæc peſtilētialis morbi ꝓcel
la cōquieuerit. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Septēbres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Mario filio. S.

Eiectum ſe ex urbe dicit ob peſtem.

CVm heſterno veſperi Cremonā veniſſemus, eſſemusq̄ꝫ excepti mi
nime inhumaniter, hodie ex urbe eiecti ſumus. In cauſa hoc fuit.
Erat mihi ſerua mercenaria ex familia non ignobili Alipranda,

nōīe Antonia, & ea quidē puella non inuerecūda. Hanc reliqueramus in cymba una cum Maria nutrice tua, ut tantiſper res nr̄as aſſeruarēt, dum ædes conduceremus. Nam cum Xenophonte, ſororibusq; tuis, ac genero, apud honeſtū cauponē interim diuerteramus. Dum poſt paratas ædes hodie cymbā repero, quo & res, et mulierculas agerē ad ædes, offendo Antoniā ſubita peſtilentiæ vi correptā, animā efflaſſe, poſitam in ripa, ibidemq; maximū hominū concurſum, ac tumultū. Non potui mihi non metuere in tanta hominū barbaria, ſed mľto magis filiabus, quas una cum genero in urbe dimiſerā. Quid multis? Mihi in urbē regrediendi poteſtas adempta eſt, reliquis itē noſtris ex urbe continuo eiectis. Ruri nunc ſumus, quod in ſuburbano iacet, qua itur Mantuā. Vale. Ex Cremona, pridie Idus Septembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Leodryſio Cribello. S.

Hortat̄ amicū, ut res aſſeruet, ne furto ſurripiant̄.

SI grato in me aīo eſſe volueris, ut & eſſe debes, & ipſe te futurū puto, curabis oīa quæ iſtinc decedēs tuæ fidei mādaui & amice, & diligēter, in primisq;, ne qd mihi detrimēti domi fiat. Nā te haud latet, quātus nūc furū numerus, ꝓpter abſentiā ciuiū Mediolani ubiq; noctu atq; die inſidiet̄, ut nullę ædes ſatis aut clauſæ iſtis, aut munitæ ſint. Quare tuæ fuerit curę ac beniuolētiæ ḡ me, operā dare, ne qd nobis ſurripiatur abſentibus. Vale. Ex ſuburbano rure Cremonēſi, Idi. Sep. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Matthęo Piſaurēſi ædili curruli. S.

Eiectionem ſuam narrat.

QVod ſcire cupis, q̄ me humane, & liberaliter Cremonēſes exceperint, accipies paucis. Me aduenientē uniuerſa ciuitas & vidit, & honorauit egregie. Sed ubi accidit, ut mercenaria quędā mea ſerua peſtilētiali morbo correpta, vitā ſubito deſeruerit, tumultus ingēs in urbe aduerſus me exortus eſt, quē plebeia inſania cōcitauerat. Nā qui viri nobiles atq; boni eā urbē inhabitāt, nihil hmōi non mō non fecerūt, ſed ne tētauerūt qdē. Sum cōtinuo cū uniuerſa familia urbe excluſus, & nō ſine magno qdē vitæ ꝑiculo vagabar in cāpo, auxilij oīs atq; opis expers, nec qd cōſilij caperē, ſatis mihi erat in ꝓmptu, uſq; adeo erā aīo perturbato in tā repētino inſanientiū hoīm motu. Tandē ubi paululū plebeius ille furor ſedatus eſt, pręſtātes quidā pauci atq; boni ciues, per modeſte me adierūt, meq; hortati ſt̄, ut modice ferrē, atq; æquo aīo plebeiam illā ſtulticiam, quæ longe magis q̄ mihi bonis oīibus ciuibus permoleſta extitiſſet, Breui aſt̄ fore, ut illud omne erratū haud ignobili diligentia farciret̄. Meq; duxerunt in proximū quoddā ſuburbiū, ubi rus eſt, ac villa cuiuſdā ciuis Perſechetæ. Vnde eiecto villico, mihi villa una cū rure tradita eſt, tantiſper incolenda, donec publica diligētia aliter meæ & rei, & dignitati prouiſum fuerit. Cæterū in ꝑſentia incōmodius

agere nihil poſſem. Nā oīa mihi deſunt, pter culices pulicesq́;, et muſcas. Vale. Ex Cremonēſi rure ſuburbano. xvij. kal. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Criſtophoro Marliano. S.

Amici præſentiam petit.

HOdie cū tibi primū facultas oblata fuerit, fac ſi me amas, ut te videā. Sunt em̄ quædā mihi tecū cōmentanda. Præterea vacuus ne oīno venias, atramēti aliquantulū tecū affer. Nā atramētarium meū æque ſitit, atq; nos oēs. Xenophon filius petit abs te aliquantulū vernicis. Vale. Ex ſuburbano rure. x. kalen. Octob. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Amicum ut ſe conueniat orat.

CVpio quædam cōmentari tecū. Itaq; rē mihi pgratā facturus es, ſi cū quid ocij hodie nactus fueris, huc te cōferes, qn̄quidē nos ad te ire Barbaria iſta non ſinit. Arca illa nr̄a cum libris eſt etiā nunc ſub Ioue. Vale. Ex rure ſuburbano. x. kalen. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Iordani iureconſulto. S.

Longum ſilentiū excuſat, & ſtatum ſuū indicat.

PRæterierūt anni iā triginta, & amplius, poſteaq; nec verboꝝ a me, nec literaꝝ aliqd accepiſti, nec ego itē abs te. Idq; nō alterutrius voluntas aut neglgētia ulla fecit, ſed lōgiſſima locoꝝ interualla. Nā cū tu adhuc Patauij operā dares iuri ciuili, ego a Venetijs ſoluēs in Thraciā nauigaui, quo Græca ſapīa factus doctior, maiori vel uſui, vel ornamēto latinæ linguę futurus eēm. Qua una re factū eſt, ut mutua ſcribēdi viciſſitudīe priuati iā diu fuerimus. Nā poſt annū ſeptimū, ubi in Italiā reuertiſſem, & ſi eramus ppinquores, tn̄ cum tēpoꝝ q̄z difficultas nobis fuiſſet impedimēto, uterq; ſiluimus. Nūc vero cū ppiores facti eēmus, ipſeq; ipm nos mutuo ad ſcribendū hortaret̄, anteuertere q̄ anteuerti maluı, q̄ intelligeres nullo amoris officio me poſſe abs te ſuperari. Scire aūt cupio, q̄ belle valeas, & quāta me beniuolētia pſequare. Nā ego te non diligo ſolū, ſed ita amo, ut nihil ad cumulū addi queat. Valeo aūt pulchre. Apud Cremonēſes ꝟo ideo me recepi, qm̄ Mediolani (qua ipſa in urbe domiciliū mihi perpetuū conſtitui) peſtilētia indies magis atq; magis inualeſcit, incrudeſcitq;. Reliquū eſt, ut q̄diu in ppinquo futuri ſumus, q̄creberrimis inter nos lr̄is q̄tidie aliqd cōmentemur. Vale. Ex rure Cremonēſi ſuburbano. x. kalen. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Incommodā ſua narrat amico.

EXiſtimo tibi ab ingenuo adoleſcente Criſtophoro Marliano ea oīa verbis meis renūciata, quæ a me mane corā accepit. Nihil autē aut temere, aut minus conſulto locutus ſum. Ruſticor em̄, ut noſti iam diē ſextūdecimū, non ſolū incōmode, ſed in maxīa reꝝ oīm penu-

ria. Quid mihi poſtridie ſit agendũ, aut unde neceſſarijs rebus ſubueni endũ, nõ intelligo. Quare nõ amicis ſolũ, ſed mihi etiã ipſi iã moleſtiſſimus fieri incipio. Itaq; ſummopere te rogo, ut quæ tibi Criſtophorus noĩe meo expoſuit, hoc ipſo die oĩno conficias, quo qd facturus ſim, intelligã. Hodie mihi philoſophica cœna futura eſt, eaq; Diogenica. Poſtridie ꝟo ne cũ arida quidẽ Cerere mẽſam mihi futurã video. Valę. Ex rure ſuburbano Cremonæ. v. Kalen. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Manſueto Attendulo Abbati. S.

Gratias agit de tritico promiſſo.

RENunciauit mihi heſterno veſperi vir optimus, amãtiſſimusq; tui Iacobus Camerinas, inſtituiſſe te mihi dono darę tritici ſextarios decẽ. Quæ quidẽ res vix dici queat, quantã mihi voluptatẽ attulerit, & id quidẽ non tam ipſo dono (quod ſane pulcherrimũ eſt) q̃ bonitate, ac liberalitate ingenij tui, qui nullo unq̃ ab me prouocatus officio, volueris me tibi tam opportuno, tam benigno munere deuincire. Itaq; habeo tibi ĩmortales gratias, tu autẽ tibi velim perſuadeas, eũ me eſſe futurũq; indies, qui in te amãdo ceſſurus ſim nemini. Triticum aũt ipſum tũ mihi præbendũ curabis, cũ in urbẽ venero. Nã ruri quo pacto ſim uſurus, non ſatis intelligo, quanq̃ ne in urbe quidẽ fortaſſis eo mihi opus erit. Verũ hac de re te breui faciã certiorem. Vale. Ex Cremonenſi ſuburbano rure. iiij. Kalen. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Trachedino. S.

Officij neglecti ſubaccuſat amicum.

QVæ tibi in Ethruriã abeunti pro beniuolẽtia noſtra mandaram, nequaq; debes eſſe oblitus. Miratus autẽ ſum, q̃ nihil poſtea reſponderis, niſi tua fortaſſis in urbẽ Romã feſtinãtior profectio tibi fuerit impedimẽto, quo id Florentiæ cauſa mea gerere cõmode non potueris, quod tuis in cõmẽtarijs annotaſti. Hoc ſi ita eſt factum, velim in reditu ne prętermittas. Erit id mihi vehemẽtiſſime gratum. Et ne tuas literas fruſtra ad me des, ego hoc tẽpore ago Cremonæ, acturusq; ſum fortaſſe, donec peſtilentia Mediolani deſierit deſæuire. Iacobum Triulcum diſertiſſimũ iureconſultũ valere plurimũ opto, in primisq; Aurispam meũ, virum optimũ, & hominẽ doctiſſimum. Vale. Ex rure Cremonenſi ſuburbano, pridie Kalen. Octobres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Bartholomęo Melio. S.

Domum ſibi conduci petit q̃ ocyſſime.

q Voniã certo ſcio te vel rõne, vel tpe, ea animi ægritudine, quã nõ mediocrẽ ex obitu dilectiſſimæ ſororꝫ tuæ, & nobiliſſimi viri conceperas, magna ex parte liberatũ, nõ ſum veritus uti officio tuo. Decreuerũt tui iſti publici mgr̃atus nudiuſtertius, mihi iam licere urbẽ ingredi, atq; pro arbitrio meo incolere. Itaq; mihi ædes parandæ

ſunt.Hāc in re tua mihi opa opus eſt.Cupio mihi domū conduci in tp̄s ſemeſtre,& amplā,& cōmodā.Peto igit̄ abs te,ut hāc ꝓuinciā tuoꝝ alicui deferas,idq; q̄primū.Non em̄ te latet quāto cū incōmodo ruri ſum. Nunq̄ quidē didici ruſticari,qui vel philoſophari,vel aliqd liberalius agere ſp cōſueuerim.Hoc erit mihi tā gratū, q̄ quod gratiſſimū.Vale. Ex Cremonēſi rure ſuburbano.Kalen.Octobribus. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Michaeli Rocchæ Grāmatico. S.

Qualē domū conduci velit. Item Næ quid ſignificet.

DIligentiā tuā non ſolū ꝓbo,ſed etiā laudo.Facis em̄ & amice,& liberalit̄.Domū mihi conduci cupio,tū amplā, tum etiā pulchrā. Quo in loco ſita ſit,nō multifacio,mō loc⁹ ſit honeſtus,ac Muſis (ut ita dicā)accōmodatus.Qđ ſcire cupis,Næ græca dictio eſt,& diphthongū recipit æ,quæ apud Grecos per αι ſcribit̄ & niſi diuidat̄,eodē ſono enūciat̄, quo apud Latinos æ diphthongus, quā dicimus. Nā ſi diphthōgus apud Grecos eſſe deſierit,eodē modo ꝓfert̄,quo apud nos ai diuiſa.Vn̄ Vergili⁹ Grecos imitatus ait,Aulai in medio libabāt pocula Bacchi,ꝓ aulæ.Næ igit̄ per æ diphthongū ſcripta ſ̄cat,certe,ita,& vehemēter vel etiā nimis ſcđm quoſdā.Hac aūt dictōe ita utunt̄ Latini poetæ,ꝓſertim comici,ut dica,ſymbolū,ſtrageti,& aliis atq; aliis v̄bis pl̄ribus.Et ut veniā ad rem tuā,mihi cōuenientiſſime dici videt̄ apud Terentiū,næ,ꝓ vehemēter,aut nimis,quanq̄ nimietas a vehemētia nō admodū differt.Cum em̄ inqt,Faciūt næ ītelligendo,ut nihil ītelligāt.q̄ſi q̄ qui magis q̄ opus ſit aliquid,vel inquirūt,vel ſpeculant̄, eoꝝ nūero ſunt hn̄di qui nihil ītelligūt.Tu ſi ſecus putas,utere iudicio tuo.Ego em̄ neminē mihi deū facere cōſtitui.Ita etiā tibi,ſi ſapias, faciundū exiſtio. Vale.Ex rure ſuburbano Cremonæ.kalen.Octobribus. M.cccc.li.

¶ Franciſcus Philel. Auguſtino Narinenſi. S.

Reuerſurum ſe dicit Papiam.

INſtitui cōſiliū tuū ſequi. Nā q̄ me cōmonueris fore nr̄o Principi nō ingratū, ſi relictis Cremonēſibus Papiā q̄primū cum uniuerſa familia conceſſero,puto nil temere te locutū. Itaq; in craſtinū diē hinc ſoluam q̄d eo facio libētius,ne qua p me accedat vel utilitas, vel voluptas ad tuos iſtos barbaros,q̄s Deus Opti.Max.radicitus ꝑdat,idq;ꝓpediē. Domū aūt quā pararūt,ſibiipſi habeāt,una cū peſtilētia atq; ignorātia. Vale.Ex rure ſuburbano Cremonæ.iiii.Non.Octob. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel.Leodryſio Cribello. S.

Certior fieri cupit de rebus ſuis domeſticis.

D ſextum Idus Octobres veni Ticinū,ubi continuus ſum futurus,donec Mediolani clemētius coelum ſpirauerit.Audio quas domi ad cuſtodiam reliquerā mulierculas, & matrē & filiam a viuis exceſſiſſe.Nec de rebus meis domeſticis,poſteaq̄ deceſſi Mediola

tio, in hanc diem audiui quicꝗ. Nec poſſum non dubitare, ne quid litigij per affines meos aduerſus me ſit tentatū. Itaqꝫ te rogo, ut omia quæ mea intereſſe iudicaueris, ꝗꝫ diligentiſſime poteris, & ad me confeſtim ſcribas. Vale. Ex Ticino, pridie Idus Octobres. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Sceuæ Corti, iureconſulto & eqti aurato. S.

Moneri quẽdam petit, ne ſibi moleſtus ſit.

AMbroſius gentilis Derthonenſis, neceſſarius tuus, ut ipſe ait, multum mihi in rebus moleſtus eſt. Hunc igitur velim moneas, ne ſit aduerſus me importunior. Nam mihi iam bilem mouet. Vale. Ex Ticino. v. Idus Nouembres. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Sceuæ Corti iureconſulto & eqti aurato. S.

Silentiū ſuū excuſat, & ſtatū ſuū narrat atqꝫ propoſitū

NOlim mireris, ꝙ nullas ad te lr̄as dederim, poſteaqꝫ veni Papiā, fui eñ in hāc diem q̄ par eēt occupatior, & priuatim, & publice. Et quanqꝫ nihil etiam nūcſum nactus ocij, volui tñ intelligeres, quo in ſtatu ſunt res meæ. Ego ut ſcis, iccirco Mediolanū liqui, quo me peſtilentiali ſtragi illi ſurriperē, incolumitatiqꝫ ſeruarē. Itaqꝫ apud Cremonēſes me recepi. Sed cū apud illos nullū eſſe neqꝫ Muſis, neqꝫ ꝓbitati locū re ipſa cognoſſem, vidiſſemqꝫ nobilitati nihil oīno, ſed abiectæ ſortis hoībus oīa pro libidine licere, ītra quartū & vigeſimū diē exquo eo loci conceſſerā, inde ſolui ad Ticinēſes. Cūqꝫ Ticinū petiturus īter remigandū Remulco diuertiſſem, in portū iſtū Placentinū, ſum abs te humaniſſime ſimul honorificentiſſimeqꝫ exceptus, & muneratus. Quæ res eo mihi iucūdior fuit, quo mora illa Cremonēſis moleſtior fuerat. Ticinū aūt ubi adueni, omi ſollicitudine ſum reliqua liberatus, ꝑter eam cuius cauſa me a Mediolanēſibus auocarā. Nam cum cætera hic me cōmoda plurimū delectāt, urbis amœnitas, conſuetudo ciuiū, & quę ad urbanā vitā attinēt oīa, tū ipſa diſciplinarū, & bonaꝝ artiū ſtudia, qbus oībus Cremona eſt plane vacua. Sed unum eſt, quod me anīo tranquillo eſſe nō ſinit. Peſtilentia eñ Ticinēſes laborāt etiā hi nō mediocriter. Quare qui Mediolani diutius cauere non audebā, Ticini idem metuā neceſſe eſt. Neqꝫ quid conſilij capiā, ſcio. Nā quotidie nauigare, ac mutare ſolū, conſtātis homīs nequaqꝫ ducit. Pręterea hmōi homīes non æquo anīo ab his excipiunt, qui benignius cœlū incolentes, bonæ valitudinis rationē habent. Itaqꝫ hic agere inſtitui, donec ſolo Mediolanēſi ſeſe numē clemētius præſtiterit. Tenes rem meam omnē. Tu fac, ut valeas, & me ama. Ex Papia. x. Idus Nouembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Reſponſum petit.

q Vod nudiuſquartus alijs lr̄is tibi ſcripſi, Ticinū conceſſi. Nullus eñ opportunior locus potuit offerri Mediolanenſis peſti

lentiæ ſtragem effugere cupienti. Nam nec licebat abire longius. Te igitur vehemēter rogo, ut ad ea mihi reſpondeas, quæ ſæpius in uniuerſum ſextilem ex meis literis accipere debuiſti. Id erit mihi gratiſſimum. Vale. Ex Papia. xij. Kalen. Decembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Calabro ducali Secretario. S.

Conqueritur ſibi promiſſa non ſeruari.

g Raue mihi, & permoleſtū eſt, ea p̄mi neceſſitate, ut Principē noſtrū linquere oīno cogar. Quid em̄ fruſtra tā inutiliter diutius tēpus teram? Video me nr̄o Principi eſſe chariſſimū, non tā meis meritis, q̄ꝫ benignitate ſua. Quid em̄ mereri aliud ſtudeam, q̄ꝫ pro dilectiōe fidē pietatēq́ꝫ referre? Ad Apollinis citharā Muſę canūt. Qualis ſonus, talis etiā cantus. Nihil mihi eoꝝ oīm obſeruat̄, quæ vel gratiſſimus, vel munificētiſſimus Princeps iuſſit. Itaq́ꝫ iam hinc incipio rebus meis cōſulere. Niſi breui conſtituta pecunia rn̄derit, me alioꝝ Principū æri obſtringam, apud q̄s poſt anni curriculū, cum primū ver aduenerit me recipiā. Sic em̄ veluti ſpe, p̄miſſioneq́ꝫ deluſus, neq́ꝫ Principis gloriæ ſtudeo, neq́ꝫ meæ. Nā æger anīus ſtudioſis, in rebus imortalitatēq́ꝫ molientibus, recte agere nihil queat. Tranq̄llū eſſe ingeniū lætūq́ꝫ oportet, ſi quid aut egregij, aut magni ex ſeſe velit educere. Breui q̄d facto ſit opus, potes intelligere. Vale. Ex Papia. v. Kalen. Decembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varoni. S.

Excribi Plinium petit.

ET ſi ad quintūdecimū Kalen. Decembres ſcripſi ad te, quantū pro tēpore opus fuerat, tn̄ quia ſum neſcius, acceperis ne, an minus acceperis literas meas, volui rurſus eadē tecum agere. Plinium de naturali hiſtoria vehemēter cupio. Audio hunc eſſe apud vos diligenter emēdatum. Si iſtiuſmodi exēplaris facultas mihi futura ſit, idq́ꝫ Ferrariæ curabo q̄ꝫprimū excribi. Nec em̄ dubito ſtudioſum iſtic librarium inueniri, qui huiuſmodi ſit munere functurus. Itaq́ꝫ tui vel officij, vel humanitatis fuerit, ut me facias propediē certiorē, quid hac de re poſſim ſperare. Vale. Ex Papia, Idibus Decembribus. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Sceuæ Corti, equiti aurato, ac iureconſulto. S.

Accuſat quendam perfidiæ.

PRocurator tuus eorum quæ abiens iuſſeras, egit oīno nihil. Quotidie nouam ſpem affert, quotidie verba dat. Qui quoniam quā de te fidem mihi coram ſancteq́ꝫ recepit, fallere ſæpius non dubitat, te amice moneo, ut vel a gerendis negocijs eorum auoces, vel ut ſe grauitate tua non indignum præſtet, q̄ꝫprimum cures. Vale. Ex Ticino. xiiij. Kalen. Ianuarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varoni. S.

Reſpondet de literis amici, eumq́ꝫ laudat beniuolentiæ.

Vas ad quintū Idus Octobres ſuauiſſimas ad me lr̄as dederas.
q xiiij. Kalē. Ianuarias mihi redditæ ſunt Papiæ. Non em̄ me Cre
monæ offendere potuerūt. Nā id loci multo ante iccirco relique
ram, qm̄ nullū eſſet apud Cremonēſes Muſis hoſpitiū, & ſum pręterea
cōmonefactus, me rem facturū meo Principi gratam, ſi Papiæ tantiſper
agere mallē, dum Mediolani peſtilentia fureret. Atq; fuit tua mihi ep̄la
periucūda, quippe q̄ eum te oñderet, quē ſemꝑ amiciſſimū eſſem exper
tus. Itaq; non poſſum nō lætari, ꝙ te intelligā amori meo nulla ex parte
cedere. Nec em̄ moleſte laturus ſim, ꝙ te amādo ſupatū iri nullo pacto
patiaris. Vir plane ph̄us es, qui tanti virtutē officiūq; facias, ut ea re no
lis a viro etiā amiciſſimo ſuperari. At ipſe quoq; Nicolae, oēm ſim aduer
ſus te pugnā certamēve initurus muneris pulcherrimi huius gratia. Eo
enim te magis amo, q̄ꝫ amer abs te, quo magis meritis tuis amādus es.
Q; autē polliceris operā tuā, ſi cui vel ornamēto, vel uſui florētiſſimus
Princeps tuus, vel potius noſter, mihi futurus ſit, non audio īuitus. Sed
qm̄ ipſe perpulchre noſti, qd mihi conducturū ſit, vel ad dignitatē, vel
ad rem nihil eſt quod te magis admonēdum putem. Vale, & cōmuni
Principi me cōmenda. Ex Ticino. xiiij. Kalen. Ianuarias. M.cccc.li.

¶ Fran. Philel. Ioanni Paleologo Marchioni montiſſerati. S.

Gratias agit pro beneficijs.

ADpriſtinā meam erga te obſeruantiā tantū nunc cumulū addi
diſti voluntaria tua, atq; alacri benignitate, ut in te obſeruando
nemini iſtorum omniū ſim ceſſurus, quos magis intimos & do
meſticos habes in primiſq; chariores. Nam tametſi quicqd benefice in
quēpiam confert, plurimi fieri oportet, illud tñ longe pluris mea ſnīa,
quod nullo vacat officio, & oīs (ut ita dixerim) nūeros complectit̄. De
diſti tu quidē homini obſeruātiſſimo tui nomīs, & gloriæ, & id quidē
tēpeſtiue & libenter & large, pręſtitiſtiq; ne hic diutius īutiliter tēpus te
rerē. Ac nihil ꝑſus eſt abs te p̄termiſſum, q̄d meis emolumētis, vel ho
noribus conducturū opinareris. Itaq; tibi gr̄as ago q̄ꝫ poſſum maxīas.
Teq; rogo, oroq;, ut nullā rem eſſe putes neq; paruā, neq; magnā, quā
non ſim tua cauſa ſtrenue, diligenter, fideliſſimeq; & conſtātiſſime obi
turus. Vale. Ex Ticino. vi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Blaſio Axereto equiti aurato. S.

Cōmendat quēdam apud amicum.

QVæ nobis ſt̄ ea (ut noſti) nobilitata iāpridē, & ab oībus decanta
ta, lege amicitiæ cōia eſſe oportet. Quo fit, ut pati noluerim hūc
iſtū, a quo meas lr̄as accepiſti, amicū eſſe mihi ſoli, qn eſſet etiā ti
bi. Idq; ipſe q̄ꝫ vehemēter optat. Et eſt ꝑfecto tanta hūanitate, tanta ꝟtu
te vir, ut non modo reijciendus nō ſit, ſed admittēdus potius, & libēter
ſane, atq; honorifice admittēdus. Reliqua em̄ ex eius p̄ſentia conſuetu

dineq́ȝ cognoſces. Vale. Ex Papia. vi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Iniuriam factam ſibi narrat.

QVotiens mecũ repeto Cremonenſem illã ruſticitatẽ, totiens riſu magis atq́ȝ magis moueor. Nã qua ſtulta rõne Cremonẽſes du= cebant, ut quẽ tanto videbant ope deſyderare, eũ ruri veluti rele garent. Nõne tibi relegatus videbar, cũ illinc abire nõ liceret? At metu peſtilẽtiæ id egerũt, ne qui Mediolano venerã, illiuſmodi morbi genus mecũ afferrẽ. At longe magis Cremonæ, q̃ȝ Mediolani peſtilẽtiali mor bo laborabãt. Præterea qd deliquerat mea ſuppellex illa, & arca cum li= bris, ac pecunia, quã in Padi ripa furibus ac latronibus expoſitã eſſe vo luerũt, cum nemini baiulo poteſtatẽ darent ea in re ſubſeruiendi mihi? Itaq́ȝ abeant in rẽ malã Cremonẽſes tui, & tu itẽ cum iſtis, ſi dignos pu= tas, qbus ignoſcã. Vale. Ex Papia. vi. Kalen. Ianua. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Accuſat amicum obliuionis.

VIdeo te rãdiu meminiſſe Philelphi tui, dum p̃ſens es, & corã quẽ diligis, intueris. At ſi plane qd amicitiæ munus poſtulet, teneres etiã cum abes, me tecũ eſſe, et pnoctare, & colloqui cẽſeres, id q̊d minus apd' te fieri eo magis miror, q̄ ego te ſemp̱ videre videor & cõ= plecti, & oſculari. Vale. Ex Papia, pridie kalen. Ianua. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Officium laudat amici.

ET ſi arbitror ex Columbano te factũ iri certiorem, q̃ȝ mihi mole= ſtum ſimul incõmodũq́ȝ fuerit, q̄ meæ illæ peculiolæ tardius ad me ierint, te tamẽ ea de re cõmonendũ putaui, ut ĩtelligas etiã me= is lrĩs nihil te potuiſſe hoc tẽpore mihi gratius facere, q̃ȝ q̄ admodum tẽpeſtiue & iucundiſſima ſimul epiſtola, & diſſolutione alieni æris ad= fueris. Itaq́ȝ habeo tibi grãs, q̄ non ſis paſſus diutius mihi incõmodari vel cum aliquo labore tuo. Ficoſum autẽ illum dij deæq́ȝ oẽs perdant, qui auariciæ ſuæ ſorditatiſq́ȝ maluerit, q̃ȝ vel amicitiæ, vel officij memi niſſe. Vale. Ex Mediolano pridie Kalen. Ianuarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus Philel. Materniano Braſchæ. S.

Officium petit amici.

q Vod hortatus es, fecimus. Puto oĩa nobis ſcd'a fore, ſi rẽ capeſſe re volueris ea diligẽtia, qua ſp̱ conſueſti. Id q̊d ut facias, te pluri mũ rogo. Vale. Mediolani ex ædibus nr̃is p̄die kal'. Ianua. M. cccc. li.

¶ Fran. Philel. Nicolao Frægoſo Genuenſiũ præfecto.

Opem filio petit redituro.

e Xiſtimo ꝓpediẽ fore, ut filius meus dilectiſſimus Ioannes Ma= rius Mediolanũ reditur⁹, faciat iſtuc iter, quẽ & ſi certo ſcio abs

te oĩa mea cauſa exoraturum, tñ volui intelligeres, nihil te mihi gratius facere poſſe, ꝙ ſi dederis operã, ut & tuto, & ꝙfacillime, & ꝙprimũ ad nos eat. Vale Ex Mediolano, Idibus Ianuarijs. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Certior fieri de ſtatu amici petit.

IAm diu nihil de te audio. Itaqꝫ non poſſum non timere, ne quid tibi quod nolim acciderit. Quare ſi me amas, ſolua me hac omni ſollicitudine. Hoc mihi vix facere gratius hoc tempore quicqꝫ potes. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Februarias. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Commendat amicum amico.

LAurentiũ nr̃m velim cã mea diligas, eiqꝫ quibuſcũqꝫ rebus poteris faueas, non ꝟbo ſolũ, ſed multo etiã magis opa, hoc erit mihi admodũ gratũ. Vale. Ex Mediola. xi. Kalen. Februa. M. cccc. lij.

¶ Fran. Philel. Ioanni Auriſpæ. S. Cõmendatiua epl'a.

a Eque mihi amic⁹ eſt, q tibi meas reddidit lr̃as, atqꝫ tibi q eas ſcripſit. Itaqꝫ hũc etiã mea cã in amicitiã volo admittas, & qb⁹ erit opus ſtudijs oĩbus ꝓſequaris. Vale. Ex Medio. xi. Kal'. Febru. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Baldaſſari Riſino. S.

Commodari exemplar petit, ut excribatur.

ACcurſius Piſanus cognomẽto Bonus, cũ eſſet ab me rogatus, ut duodecim illas Plauti comœdias, quæ ꝓximis annis ſunt in Italiam aduectæ e Germania, mihi excriberet, earũqꝫ exẽplar a te peteret, rñdit partim ꝑhumaniter, partim diffidenter, quippe q diceret ſe mihi perlibẽter gratificaturũ, ſed te nemini eiuſdẽ exemplũ crediturũ. Itaqꝫ facito, ſi me amas, ut quod de te Bonus Accurſius dubitarit, mẽdaciũ dixiſſe videat̃. Sic em̃ etiã intelligemus ꝙ ipſe de ſeſe verus eſſe velit. Vale cũ tuberibus tuis. Ex Mediolano. xi. Kalen. Februa. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Matthiæ Triuiano. S.

Iuuari ſe petit literis alterius.

SI me amas, ſicuti certe facis, velim ꝙprimũ adeas Cicchũ nr̃m eũqꝫ roges meo nomĩe, ut lr̃as talis det ad hos ducales rei pecuniariæ magiſtros, qualis maxĩe oportet. Nam hi ut ſunt hoĩes ſtrenui, nũmos ſemꝑ cudunt, excudunt aũt nunqꝫ. Malumbriana ꝟo grauitas ne tãdiu ſit grauis, cupio. Nam comitẽ Lodouicũ ſcio eſſe mei permemorẽ, ſed puellaris ludicri multo magis, cui ꝑfecto ſi pedibus caueret, lõge minorem operã impẽderet. Vale. Ex Mediolano. xi. Kal'. Febru. M. cccc. lij.

¶ Fran. Philel. Lodouico Gonçagæ, Principi Mantuano. S.

Conqueritur de tarditate officij.

PRoximis diebus literas ad te dedi, quibus intelligere haud obſcure potuiſti, ꝙ mihi rem gratam, eandemqꝫ admodum neceſſariam

facturus eſſes, ſi q̃primũ ad id q̃d petierã, te humanũ (ut ſoles ſemp) benignũq; preſtitiſſes. Nunc aũt q̃d ſcriberẽ, noui nihil acciderat, niſi ut te rogarẽ, orarẽ, obſecrarẽ, id pro aĩ tui magnitudine efficeres, ne me cunctando ambiguũ ex certo redderes. Nã & ſi tua erga me dilectiõe mihi certiꝰ eſſe vix quicq; poteſt, vereor tñ ne qñq; dilectio cũ difficultate certamẽ ineat. Sed quo bonũ difficilius eſt, eo charius & laudabilius duci ſolet. Itaq; ſi difficultatẽ iſtã (ſi qua tandẽ nõ tuo, ſed fortunæ vitio apud te eſt) bñficentia, atq; induſtria ſupabis, nihil apud me gl'ioſius, nihilq; magis obſeruandũ, colendũ, prędicandũ te munificentiſſimo Principe futurũ eſt. Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Februarias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Caſellæ. S.

Gratias agit ei qui filium ſuum bene tractauit.

NArrauit mihi Mariꝰ filius, quãta ſe mõ humanitate Ferrariæ exceperis, utq; nihil ꝑtermiſeris, q̃d ſibi cõductuꝝ exiſtimaſſes. Habeo tibi grãs, ꝙ in oĩbus beniuolẽtiſſimũ tuum erga me animũ aſſidue declares. Vellẽ aliquã mihi occaſionẽ offerri, q̃ tua cũ dignitate et cõmodo meũ in te amorẽ liq̃do cognoſceres. Intelligeres, ꝑfecto nemínẽ eſſe, cui charior ſis q̃; mihi. Quã quidẽ rem q̃m tibi ꝑſpicuã eſſe arbitror, reliquũ eſt, ut me diliger, amareq; ꝑſeueres. Id aũt cumulatiſſime te ꝑſtitiſſe iudicabo, cũ operã dederis, ne fruſtra ad tuũ ꝑſtãtiſſimũ, et ĩgẽti aĩo Principẽ ſcripſiſſe videar. Vale. Ex Medi. xi. kal'. Februa. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Angelo Actiolo equiti aurato. S.

Hortaẽ amicum, ut non obliuiſcatur cõmiſſorũ.

ET q̃d ego cũ hinc eẽs abiturus, abs te petierim, & q̃; mihi ꝑlibẽter ipſe corã recepis te factuꝝ q̃d petierã, tum ego mẽoriter memini, tũ ipſe oblitus eſſe non debes. Nã qui unus oĩm officioſiſſimus eſſe in amicos ſoles, q fieri queat, ut mei nõ memineris, quẽ ſciã tibi eſſe chariſſimum? Quã quidẽ meã de te opinionẽ ut rep̃nti cõfirmes, tui eſt vel officij, vel hũanitatis. Mihi certe rem feceris adeo gratã, ut aliud hoc tp̃e gratius nihil poſſis. Vale. Ex Mediola. x. Kalen. Februa. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Librum petit, ut ſuum emendet.

FAcito, q̃primũ adeas meo nomĩe Cardinalem Nicenum Beſſarionem, atq; ab eo petas, mihi ut cõmodet in mẽſem unum, Sextum Empericum ex Peripatetica diſciplina philoſophum & acutum, & eruditum. Nam is etiã mihi eſt, ſed pluribus in locis (ut ita loquar) feneſtratus. Itaq; ex eius codice, ſi melior fuerit, cupio meum emẽdare. Sin fortaſſe deterior, ſuus emẽdatior redibit ad dominũ. Q, ſi ſuũ codicem peregrinari fortaſſe noluerit, meum iſtuc, ſi ita maluerit, propediẽ mittam, modo ipſe huiuſmodi emẽdandi prouinciã cuipiam delegauerit. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Februarias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Hortatur filium, ut præſuli obſequatur.

q Vod Turci Conſtātinopolim p̄munt obſidione, fero ꝑmoleſte. Reliqua ꝟo quæ ſcripſiſti, me oīa delectarunt in primiſq; ꝙ præſuli tuo charus iucūduſq; ſis. Incūbe fili mi, & te ad iſtius innocētiſſimi, & ſapientiſſimi viri continētiſſimos, modeſtiſſimoſq; mores effinge, atq; cōpone. Hac una re nec mihi facere gratius quicq; potes, nec tibi laudabilius. Vale Ex Mediolano. x. kalen. Sextiles. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Hortatur filium de libris inquirendis.

AD decimū Kalen. Sextiles ſimul cum meis lr̄is ad Pontificē Mantuanū, ſcripſi etiam tibi, quātum per id tēporis tua intereſſe, noſtraq; videbat̄. Nunc autē quod volo, paucis accipe. Diodori Siculi, qui univerſam hiſtoriā non græcā & latinā ſolum, ſed etiā barbaram græce ſcripſit, mihi ſunt ab initio ſui operis libri quinq;. Audio in Italia his plures eſſes, quos Criſtophorus Garattonus Choronēſis epiſcopus, qui a Turcis modo occiſus eſt, aduexit ex Græcia. Volo rem diligentiſſime odoreris, an hi Romæ reperiant̄. quod ſi ita ſit, fac me q̄primum certiorē, an iſtic librarius græcus ſit ullus, qui id operis exribendum aſſumeret. Tu interim operā dabis, ne te Muſæ deſtituant, quod facile conſequeris, ſi litterariæ malueris q̄ pecuniariæ rei habere rationem. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Sextiles. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Arguit filium, ꝙ iuſſa non perfecerit.

QVod pridie Kalen. Auguſtas cū ad te lr̄as dedi, ſcribere ſum oblitus eſt mihi nuꝑ renūciatum, q̊d carmē ad Baptiſtam Alberthū anno ſuꝑiore ex Cremona ſcripſerā, id ei redditū non fuiſſe. q̊d verū an falſum ſit, neſcio. Tu qui Romæ nūc agis, poteris ītelligere q̲d in re ſit. Ego carmē ipſum dedi ad te, ut ſi minus ſit redditū, q̄primū iſti reddendū cures. Ad hæc me velim facias certiorē, q̊d de Diodoro Siculo iuſſerā, Preterea ſi q̲d de re Conſtātinopolitana eſt auditū, q̲dq; iſtic Patriarches aut egerit, aut acturus apud Pontificē maximū ſperat̄. Tu ne tibi deſis, q̄diligentiſſime prouideto, hoc eſt, ne Muſaꝝ hoſpitium aſperneris. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Sextiles. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Baptiſtæ Albertho. S.

Donat amicum carmine quodam.

DEderam ad te anno ſuꝑiori Kalen. Octobribus ex Cremona carmen, non tam voluptatis capiundæ, q̄ veluti renouādæ veteris amicitiæ gr̄a. Sed id cum tibi non eſſe redditū accepiſſem, iccirco iteꝝ dandū iudicaui, ut & tibi amicus meus fieret exploratior, & ipſe ne fruſtra quicq; vel lucubraſſe, vel luſiſſe poſſem exiſtimari. Nā æque ver

ſit, ut noſti, atqꝫ proſa delectari cōſueui. Nec alienū cēſeo ab officio meō ut quoſcūqꝫ honeſtus mihi amor coniūxerit, eoſdē honeſtus q̄3 memoriæ labor monimētis lr̄aꝝ mecū perpetuo cōſtruet. Quare cū abſoluto iam ꝟſibus decē millibus ſatyraꝝ opere, me ad Lyricos modulos retuliſſem, in p̄mis etiā tu, qui ab oī ſatyra tanq̄ abhorrueras, occurriſti, quē inter familiariſſimoꝝ cōmemoratione nulla obliuio abſoluerit. Itaqꝫ id carminis iterū ad te dedi. Tu velim tuū des ad me Momum, quē audio, ſi adhuc eū abſolueris. Vale. Ex Mediola. v. Idus. Aug. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco ſcalamonti equiti aurato. S.

Memorē ſe dicit amici. Accuſat ſilentiū amici.

VEreter profecto, ne tu me vel obliuionis, vel negligentiæ accuſares, ꝙ iam tot annos nullas ad te lr̄as dederim. Sed eo te puto in me eſſe æquiorē, ꝙ iampridem cognoris eo me eſſe ingenio, ut neqꝫ hominē amiciſſimū obliuiſci queam, nec ullam propemodū virtutem offerri patiar, qua magis delecter, q̄ꝫ diligētia, & officio. Dedi ad te lr̄as bis, & iterū, poſteaq̄ꝫ tu nihil reſponderas. Dediqꝫ ad te libros de exilio, qui ubi poſt non parū tp̄is ad me reuertiſſent, renūciarunt nequaq̄ꝫ te offendiſſe, quippe qui abeſſes Anconæ in Dalmatia. Miratus autē ſum, ubi rediſti Ancona, nihil oīno ſcripſiſſe mihi. Itaqꝫ tibi cauēdum eſt, ne aut negligentiæ accuſeris, aut obliuionis. Cæterū danda eſt opera, ut quod tempus intercepit, reficiat diligentia, hoc eſt, ut q̄ꝫ ſæpiſſime ad me ſcribas, id quod me tecum obſeruaturū bona fide polliceor. Vale. Ex Mediolano, Nonis Septembribus. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Quanti liber emi poſſit, dicit.

FAmiliares Ciceronis ep̄las quas petebas, venalis īuenimus. Eas ſi hr̄e cupis, ducatos decē mittas oportet. Id em̄ precij oīno ſe velle dicit librarius Melchior. Nec alius hm̄oi codex apud aliū quenqꝫ venalis reperit̄. Codex vero hic epiſtolarū, & pulcher eſt, & nouus, & ſatis emēdate ſcriptus. Rem paucis tenes. Tu quod fieri velis, ſignificato literis. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus Septembres. M. cccc. lij.

¶ Fran. Philel. Andreæ Alamāno priori pp̄li Florētini. S.

Gratulat̄ amico dignitatē aſſecuto, cui & munere dat libros.

Ratulor tuæ p̄nti expectatæqꝫ dignitati. Nunq̄ꝫ enim ſum veritus, te ante diē (ut ita dixerim) ad iſtū honoris gradū p̄uenturꝫ.
g
Nam ut ita crederē, tua virtus, ſingulariſqꝫ prudētia mihi pſuaſerat. Non em̄ cum his ſentio, qui prudentiā iuuētuti ſubtrahunt, quaſi peculiari quodā iure ea ſenectuti ſit danda. Sed neqꝫ indoctus ſenex habendus ſit prudēs, neqꝫ doctus adoleſcēs imprudēs. Nam multo plura rerū humanaꝝ exēpla, atqꝫ documēta tradere nobis queat lectio diligens, & multiplex eruditio, q̄ꝫ longiſſima etiā hoīs unius annoſitas.

Quare cũ & ingenio te acerrimo eſſe ꝑſpicerẽ, & diligẽtia ſingulari, tãta
ꝑterea doctrina, quãta æqualiũ tuoꝝ neminẽ, facile ĩtelligebã prope diẽ
fore, ut in altiſſimũ dignitatis gradũ tua te reſpub. tolleret. Q̃ꝫ igit̃ pru-
dentia, auctoritateq́ꝫ apud tuos florẽtiſſimos ciues æque vales atq́ꝫ elo-
quẽtia & diſciplina, nõ poſſum tibi non admodũ gratulari. Deus for-
tunet tuos cogitatus, efficiatq́ꝫ, ut ingẽtibus tuis, præclariſq́ꝫ virtutibus
hoĩm exiſtimatio, gratitudoq́ꝫ reſpondeat. Ego autẽ ne meæ literæ oĩ-
no vacuæ ad te irent, has duobus munuſculis ſum comitatus, quorũ ſi
te primis floribus delectatũ videro, mox quoq́ꝫ maturi fructus conſecu-
turi ſunt. Vale. Ex Mediolano. v. Kalen. Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Officium petit.

Viniforto Bergomẽſi diſertiſſimo iureconſulto lr̃as ad te dedi
g Nonis Septẽbribus, q̃bus non obſcure debes intellexiſſe, q̃bus
in rebus tua mihi & opera, & ope eſt vehementer opus. Quare
maiorẽ in modũ abs te peto, contẽdoq́ꝫ, ſi q̃d es unq̃ꝫ mihi gratificatu-
rus, q̃d oĩm maximi ſim facturus, effice, ne videar fruſtra tuũ officium
poſtulaſſe. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Rñſum a filio petit, & ut ſua ſcripta mittat amicis legẽda.

POſt eas lr̃as quas mẽſe Iunio dediſti ad me, cum primũ a Philippia-
cis balneis Romã rediiſſes, alias abs te nullas accepi, cũ pleræq́ꝫ in-
terim meæ ad te ierint. Idq́ꝫ non poſſum nõ mirari. Veritusq́ꝫ ſum,
ne q̃d tibi, q̃d nolim, ex iſta æſtiui aeris intẽperie acciderit. Non eñ adeo
go eſt iter intercluſum, ut nemo oĩm iſtuc ad nos veniat. Quare fac, ſi po-
tes, ut me q̃primũ leues hac animi ſollicitudĩe, ad eaq́ꝫ ſingillatim reſpõ-
deas, quæq́ꝫ non unis lr̃is tibi ſcripſerã. Et quoniã ſignificaſti nõnullos
eſſe Romæ, qui cuperent horũ aliq̃d legere, quæ ab me in pręſentia ſcri-
bunt̃ duorum operũ veluti frontiſpitia, tum Sphortiados, tum de vita
& rebus geſtis Franciſci Sphortiæ cũ hiſce lr̃is ad te dedi. Tu fac, ut quic-
quid ocii nactus fueris, conſumas in lr̃is atq́ꝫ diſciplina. Nos hic omnes
valemus recte. Veniſſem Romã, ſi facultas a Principe facta eſſet. Vale.
Ex Mediolano. vii. Idus Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Bartholomæo Meltio. S.

De literis reddendis officium petit amici.

MIhi pater tuus, vir optimus, & mei amãtiſſimus hoc die renun-
ciauit cũ iam lr̃as ad Xenophonta filium obſignarã, te ſibi ſcri-
pſiſſe, Mantuanũ Pontificẽ abeſſe ab urbe, & cũ eo Xenophõta
quoq́ꝫ, quare quas meas fidei tuæ lr̃as cõmiſeram, eas te reddere nequi-
uiſſe, eſſeq́ꝫ apud te. Feciſti tu quidẽ recte, q̃ bona fide lr̃as apud te velu-
ti depoſitas, tueri malueris, q̃ꝫ vento cõmẽdare. Itaq́ꝫ cum his tuis alias

quoq; ad filiũ ab me datas, tamdiu eſſe apud te volo, quoad ille Romã reuerterit. Qui ſi diutius diſtulerit reditũ ſuũ, & priores, & poſteriores lr̃as ſoluas, volo & quæ arcana ſunt, ea ne efferas, in reliqs v̄o vicem filij geras. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Gratias agit, ꝙ amicus ſibi morem geſſit.

ET ſi tuũ munuſculũ mihi fuerat pgratũ, quippe ꝙ ab amiciſſimo erga me aĩo factũ intelligebã, multo tñ & gratius fuit, & optatius, ꝙ ſecũdis lr̃is tuis me feciſti certiorẽ, ep̃las qbus nõ æquo aĩo carebam, inſperato tibi repertas eſſe. Nam earũ amiſſio eo mihi erat moleſtior, qm̃ nullo altero abundabã exẽplo. Tantas igit̃ habeo tibi gr̃as, ut maiores hr̃e hoc tp̃e nullas queã. Teq; etiã atq; etiã rogo, ut iſtas ad me fido alicui nũcio q̃primũ des. Q; ſi alius nemo prius oblatus fuerit, eas aut Antonio Trecho viro hũaniſſimo, ab quo ad Matthęum Piſaurenſem mei amãtiſſimũ mittant̃, aut viro inclyto Rainaldo Fulginati cõfeſtim tradas velim. Vale, & ſi qua in re mea tibi opa opus eſt, me utere arbitratu tuo. Ex Mediolano. vij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo, equiti aurato. S.

Aegre fert cunctationem ſuam, & de ſatyris ſuis ſcribit, & laudat librum ſatyrarũ.

d Eus malefaciat huic, pcellæ calamitatiq; bellorꝝ, qbus meũ ad te iter ĩtercludit̃, nec uti licet pfectiõe libera. Vix dici queat mi Dauole, q̃ moleſte tulerim, ac ferã iam annis q̃ttuor cũctatiõnẽ meam eũdi ad vos, cũ multarꝝ rerũ, tum ſatyrarꝝ cã, quippe q vehemẽter doleã tot in eo ope lucubratiões mihi fruſtra ſuſceptas. Sed utcunq; res hẽt, eundũ eſt tandẽ, id q̃d ad Martiũ eſt reiectũ. Satyrarꝝ codex, q decas decẽ denis ſatyris ſingillatim diſtributas ad v̄ſus decẽ milia cõplectit̃, eſt pulcherrimus, cum lr̃arꝝ notis, tũ minijs & opculis. q ſi minꝰ intus, ſaltẽ in cute te nõ poterit nõ delectare, quanq; puto nõ mẽte minus q̃ orõne lætabere. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo. S.

Certiorem facit amicum de rebus ſuis.

q Varto Idus Nouembres ad Caluiſianũ veni in caſtra Sportiana, ubi ſum perhumaniter & honorifice exceptus a Principe. Nec dubito me omnia ex ſententia noſtra confecturum. Id factum cum fuerit, te reddam q̃primũ certiorem. Vale. Ex caſtris ducalibus apud Caluiſianum, pridie Idus Nouembres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus Philel. Matthæo Piſaurenſi. S.

Succeſſus ſuos narrat, & officiũ petit in familiã ſuam.

CVm oĩa a munificẽtiſſimo Principe nr̃o aſſecutus q̃ volui q̃d eo mihi eſt iucundius, quo me video maxĩa ex parte liberatũ faſti-

dioſi iſtius Lōgi moroſitate, atq; ineptitudine. Tibi aūt plurimū debere fateor, ꝗ mihi & re ſæpe, et v̄bo ſpē ſatiſfeciſti. Reliquū eſt, ut ſi q̄ pecuniola meæ familię an̄ meū reditū opus fuerit, iſti ne deſis. Et q̄cq̄d dederis adde ratiūculæ nr̄æ. Vale. Ex Gāmara, Nonis Decēbribus. M.cccc.lij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Arguit filium fugitiuū, & de ſacerdotio conſilium dat, & inconſtantiæ filium arguit.

ACcepi binas lr̄as tuas eodē die, cum primū ex caſtris ducalibus Mediolanū. vij. Kalen. Ianuarias reuertiſſem. Harū tu alteras ad me dederas. x. Kalen. Decēbres, alteras v̄o. vi. Idus. Intellexi quæ ſcripſiſti oīa Et quantū videre videor, ꝑegrinationis iſtius tuæ ſatietas iam te cœpit. Q̄ ſi ante ambitionē tuam Ciceronē in officijs audire voluiſſes, aut non abijſſes, ꝑ̄ſertim clā patre, aut tā ſubito domū non repeteres, cū nondū in deliberando neq; tp̄is, nec etiā diligētiæ ſatis adhibere potueris. Nihil tibi erat in cauſa, quāobrē in Romanā curiā te reciperes, quippe qui domi haberes, vn̄ & melior quotidie & doctior fieres. Qđ ſi prudentiæ potius q̄ ſapientiæ ſtudio ducebaris, hoc eſt pecunia magis q̄ virtute, atq; diſciplina, licebat tibi apud munificentiſſimū noſtrū Principē pecunioſiſſimū breui effici, ubi malles negocio q̄ ocio te offerre. At fuerūt qui te induxerint. Itaq; ignoſcendū eſt adoleſcētiæ tuę. Poſthac cōſules tibi fortaſſe melius. In pn̄tia, ut ſcribis, cupis initiari. Si religionis amor id monet, nō improbo, modo etiā atq; etiā cogites, q̄d tibi ſtatuendū ſit, quid ſequendū, quā incedendā viam. Nam ſi putas te in eccleſia fore clarū ſine his artibus, quę apud ſacerdotes habent̄ in precio, vehemēter erras. Nā cum alia ꝑmulta diſcenda ſunt, tum ius pontificiū in primis, omniſq; diuinæ rōnis cognitio tenēda, quæ theologia dicit̄. Sin iccirco hmōi deſyderiū te corripuit, ut ſine labore vitā iucundam ducas, q̄ tuū ſim inſtitutū probaturus, potes facile ex meis moribus coniectare. Quare ſi me audis, primū oīm teipum collige, tecū habita. Meditare iterū atq; iterū, quā vitā viuere decreueris. Seu tu ſæcularē quā vocant, elegeris, ſiue eccleſiaſticam, utrā malueris, probo, modo ſit cū laude. Q̄ ſi oīno ad nos fortaſſe redire inſtitueris, tibi ædes paternæ nunq̄ occludent̄. Vale Ex Mediolano, Nonis Ianuarijs.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Ad amicū de negocijs illius excuſat amicos, & iubet amicū bn̄ ſperare.

Olim tibi perſuadeas tua ab me negligi, ꝗ minus q̄ primū tibi
n ꝑcarim, q̄d mihi Cicchus Angelusq; mihi rn̄derint. Hi quod petis, diligēter curant, putant oīno propediē ex ſn̄ia tibi conſultū iri. Confeciſſentq; q̄d tua cauſa cœperāt, niſi occupatōes Principis, quæ ſunt fere īmenſæ, ob plures ꝑclaras legatiōes, quæ uno pene tp̄e cōuenerūt, aditū his tantiſper intercluſiſſent, dum his liberet̄ harū præſentia ac

ſolicitudĩe. Differri tñ res tua diu non pt. A me nullũ erga te officiũ aut
ſtudiũ negligetᷣ. Tu ĩterim eſto bono aĩo. Non eñ quantũ intelligo, te
tua fallet ſpes. Vale. Ex Mediolano, x. Kal. Februarias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus Philel. Renato Regi. S.

Accuſat tabellariorum incuriam.

TErnas lrãs ad te dedi anno ſupiore his de rebus, q̃ tua maxĩe inter-
erãt. Itaq; non poterã nõ mirari, ꝙ nihil rñderes, pſertim cũ te hu
maniſſimũ facilimũq; eſſe iãpridẽ uno oĩm æquo cõſenſu, ſmo-
neq; audierã. Sed Ioãnes Coſſa vir clariſſimus, ideoq; grauiſſimus, qui
mõ & tuus, & Chrĩaniſſimi Francoꝝ regis legat⁹ in Italiã venit, libera-
uit me oĩ dubitatiõe, quippe q corã affirmarit nullas tibi oĩno redditas
eſſe lrãs meas. Deus malefaciat hoĩm vel negligentiæ, vel pfidiæ, qui &
me honeſtiſſimo officio, & te non mediocri, ut opinor, vel utilitate, vel
voluptate fraudarint. Quibus lrãs ad te dedi, Franci fuerunt oẽs, quoꝝ
uni Malurticę cognomentũ eſt, hoĩ bellicis artibus ſtudẽti, & tui (ut aie
bat) obſeruãtiſſimo. Sed qm̃ quę ſcripſerã, non accepiſti, ea in pñtia tibi
corã exponet idẽ Ioannes Coſſa, cuius fides & diligẽtia tibi ſole clarior
eſſe debet. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalen. Februarias. M.cccc.liij.

¶ Fran. Philel. Guilielmo Vrſino Franciæ Cancellario. S.

Excuſat ſe, ꝙ morẽ non geſſerit amico.

CVm vir clariſſimus Ioannes Coſſa, regius legatus a Florẽtinis re
diturus in Franciã Mediolano iter faceret, a me petijt tuo noĩe li-
bros de exilio, quos ſupioribus annis elucubrarã. Hos ego ad te
ideo in pñtia dare non potui, quoniã non eẽt tantũ tpis datũ, ut excribi
poſſent. Itaq; nõ potui nõ ferre pmoleſte, ꝙ tibi tanto & tanta dignitate
viro, minus ſtatim gratificari quiuerim, pſertim ea in re, q̃ mihi nõ mi-
nus iucũda eſſet, q̃ futura honorifica. Nam & te iãpridẽ cum ob floren
tiſſimi tui gñis ſplendorẽ, tum ob illuſtrẽ eruditiõnẽ tuã, ſingularẽq; ſa
pientiã mirifica beniuolẽtia obſeruo, & ignarus certe nõ ſum, quãtum
ſit meo nomini, ac laudi tua auctoritas incrementũ allatura, ubi ſcripta
mea tuo grauiſſimo teſtimonio cõfirmarẽ. Nec eñ debeo dubitare mea
tibi voluptati fore, qui & humaniſſimus ſis, liberaliſſimaq; natura, & a
me tãtopere diligaris, ut nihil ad amoris cumulũ poſſit accedere. Dabo
aũt operã, ut ppediẽ morẽ gerã voluntati tuæ. Nã tum libros de exilio
quos petis, tum alia pleraq;, atq; ex his, quæ a meo ĩgenio ſtudioq; ma
narunt, curabo excribi, ea plane, quæ cũq; futura tibi iucundiora exiſti-
mabo. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalen. Februarias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Bicheto. S.

Mendacij quẽdam arguit, & librum repetit.

n Iſi iãpridẽ te plurimũ diligerẽ, ſtomacharer fortaſſe, cũ videam
codicẽ meũ eſſe apud te tãdiu, vel inuitũ. Nam ꝙ dixeris puero

meo, cum tibi non eſſe, haud intelligo quæ ſit ai tui ſnĩa. Non em̄ puto id dicere te, ꝙ meũ codicē nequaꝗ̄ habueris. Nã & habuiſti, & eũ alijs cõmodaſti. Q̃ ſi illum fortaſſis amiſeris, tibi amiſſum volo, non mihi, quanꝗ̄ opinor amiſſum tibi eũ non eſſe. Itaqꝫ rogo te, ut huic meo puero meũ illũ codicē ad me dēs, ne me cogas aliũde remediũ poſcere. Vale. Mediolani ex ædibus nr̄is. iij. Nonas Februarias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Bicheto. S.

Libros ſibi reſtituendos ſerio curat.

QVantũ videre videor, ita negocioſus es, ut nihil tibi ocij reliqua tur ad ingrendũ inter infinitã librorꝫ tuorũ copiã, codicē illum meũ, quo duæ or̄ones Lyſiæ a nobis traductæ, altera funebris de laudibus Athenienſiũ, altera iudicialis cõtra Eratoſthenē adulterũ, et Ariſtotelis Rhetorica ad Alexandrũ regē, noſtra itē traductio cõtinent. Non em̄ adduci poſſum, ut credã aut te alieni mutui oblitũ, aut q̊d offi cij tui fideiqꝫ ſit nolle p̄ſtare. Nam codicē illum tibi cõmodaui tp̄e illius optimi Philippi ducis, quem tu ea lege petijſti, ut excribi curares, non ut nunꝗ̄ reſtitueres. At qui repetiui abs te illũ per id tp̄is interdũ, cum diceres nondũ excriptũ eſſe, cum tñ audirē ſecus eſſe. Tuã cunctationē iccirco ferebã patienter, qm̄ putarē quæ eēnt excripta, ea fortaſſe nondũ eſſe abs te ſatis emendata. At nunc quia præteriere iam anni cõplures, nihil alienũ ab amicitiæ iure me facturũ exiſtimaui, aut exiſtimo, ſi te fecero certiorē, me oĩno inſtituiſſe mea mihi ꝗ̄primũ vendicare. Vale. Ex ædibus noſtris Mediolani. iij. Nonas Februarias. M. cccc. liij.

¶ Fran. Philel. Guilielmo Vrſino Franciæ Cancellario. S.

Donat amicum libris ſuis.

d Ederã alteras ad te lr̄as. vi. Kalen. Februarias, q̊ ipſe die Ioannes Coſſa, vir oĩ laude ornatus, hinc in Franciã profectur⁹ putabatur. Sed cũ poſtea retardatus a meo Principe dies aliq̊t p̄ter ſpem Mediolani ageret, reuertit ad me codex quidã meus, qui annos nõnullos peregre abfuerat. Hui⁹ ego reditũ vel tua cauſa p̲humanit̄, & libenter excepi, quanꝗ̄ tam diuturnæ eius abſentiæ nõ mediocriter ſuccenſueram, quippe q̄ me inuito abfuiſſet. Verũ ea lege is reuerſus apud me in gr̄am redijt, ut cõfeſtim Alpes trãſcenderet, & te viſurus, et Franciã, atqꝫ iſtam quidē ut hoſpes, te vero ut perpetuũ dñm. Itaqꝫ dono a me accipe tria nõ vulgaria aut contēnenda opera, Lyſiæ oratoris duo, hoc eſt orationes duas, alterã funebrē de laudibus Athenienſiũ, iudicialē alterã aduerſus Eratoſthenen adulterũ. Tertiũ autē opus eſt Rhetorica Ariſtotelis philoſophi eloquētiſſimi ad Alexandrũ regē. Hæc em̄ oĩa e Græco in latinũ traduxi, cum eēm propemodũ adoleſcens, philoſophiam Florentiæ, oratoriãqꝫ docens. quæ quanꝗ̄ exiſtimo per ſe tibi fore iucũdiſſima, ſpero tamē propediē alia quædã ad te dare, quæ longe ſis maiore

cū voluptate lectitaturus. Vale. Et me Chrianiſſimo regi Carolo q̄diligentiſſime cōmenda. Ex Mediolano. xiiij. kalen. Martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Gratulatur amico de probo filio.

NIhil mihi iucundius tuis lr̄is hoc tp̄e potuiſſet cōtingere. Nam & de tua tuorūq; oīm bona valitudine certior factus ſum, id q̄d vehemēter optabā, et Enochū noſtrū in iuuenē frugi probūq; euaſiſſe ex te p̄re intellexi. Quanq; em̄ ab ipſa uſq; puericia bonā de ſe ſpem pollicebať Enochus, nō poterā tn̄ non ſubuereri ob iniquitatē tempoꝝ, ſec⁹ accidere poſſe q̄ vellemus. Itaq; īmortali deo īmortalis habeo gr̄as ꝙ te p̄re grauiſſimo optimoq; viro dignū ſe p̄ſtiterit. Q⁊ aūt cupit bonis artibus etiā a nobis inſtitui, rē nunciat non ingratā. Et ut breui rn̄deam, ad Aprilē te videbo, ac tuo meoq; deſyderio cumulatiſſime ſatiſfaciā. Præterea qm̄ de his q̄ in p̄ñtia ab me ſcribunť, abs te mētio facta eſt, dedi ad te particulā quandā ex ſcd̄o Sphortiados nr̄æ libro, & p̄fationē hiſtoriæ Sphortianæ. Vale. Ex Medio. x. kal. Martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo, equiti aurato. S.

Cunctationis cauſam narrat.

QVuid in cauſa fuerit, ut tamdiu diſtulerim aduentū meum, accipies ex Ioanne Antonio Gotthalano, viro nobili, ac tui nomīs amātiſſimo. Spero tamē fore, ut ante veris exitū te videam. Tu me interea tēporis ama, ut ſoles, & Alphonſo regi q̄diligētiſſime commēda. Vale. Ex Mediolano. vi. kalen. Martias. M. cccc. liij.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Libros repetit.

SEcundum librum de exilio, qui de infamia inſcribitur, velim huic iſti tabellario, qui meas tibi literas reddidit, ad me des. Deſydero etiam tertium, in quo de paupertate diſſeruimus, qui ſi ipſe quoq; apud te eſt, dato item eidem ad me tabellario. Sin minus eſt apud te, quære a Bernardo meo Iuſtiniano. Plura ad te nunc ſcribere non potui propter occupationes meas. Propediem agam tecum pluribus. Vale. Ex Mediolano, Nonis Martijs. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Operam petit amici in rem ſuam.

QVantā diligentiā adhibuerim in rem tuā, potes ex Ciccho Angeloq; cognoſcere. Idem ut mihi tu hoc tp̄e officium præſtes, vehementer cupio. Fac inquā opera & ſtudio tuo, ut Cicchus quod intereſt rei meæ pecuniariæ apud hos ædiles q̄primū lr̄is ſuis abſoluat. Verū bono ſint atramēto ſcriptæ (ut aiunt) & fide opus eſt, & celeritate Cauſam Cicchus ex me corā intellexit. Codicē epiſtolaꝝ cum primum abſoluero, dabo ad te libenter. Xenophon totus eſt tuus, & pater nō mi

nus. Vale. Ex Mediolano. xij. Kalen. Apriles. M. cccc. liij.

¶ Fran. Philel. Lodouico Gonçagæ Principi Mantuano. S.

Gratias agit.

NOn equidē ſum oblitus, quā mihi nuper in agro Brixiano beniuolentiā oſtendiſti, & quāta me non humanitate ſolū, ſed benignitate etiā perſæpe exceperis. Itaq; ex eo tēpore intellexi permagnā mihi in te ſpem & poſitam eſſe, & conſtitutā. Indeq; factum eſt, ut ita te obſeruē, ac venerer, ut me abs te putem dignū exiſtimari, in quo nullum beneficiū tuum ſit intermoriturū. Quæ mea me de te opinione falſum habeat, eſt magnitudinis, & munificentiæ tuæ. Quid aūt abs te velim, ethruſco ſermone intelliges. Eſt celeritate nō minus opus, q̄ beneficentia. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Apriles. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Stroçæ equiti aurato. S.

Excuſat ſe, q̄ diſtulerit officium ſuum.

PVtas fortaſſe vel obliuione, vel negligentia factū eſſe, ut q̄d ab me iſtinc ſolueti petieras, nondū ad te ierit. Sed neutri ꝑfecto iſtiuſmodi vitiorū eſt locus apud me ullus. Nam & memoria valeo plurimum, & ſum unus oīm diligentiſſimus, p̄ſertim in his rebus quæ amicorū intereſſunt. Q, autē vehemēter & diligā te, & amem, tum ea facit familiaritas, ac neceſſitudo, quæ mihi eſt iā multis annis cū uniuerſa Strozarū familia, tum ipſe tu qui de me priuatim es bn̄ promeritus. Sed duo fuerunt in cauſa, ut in hanc diē minus ſim ut volebam tibi gratificatus. Nam & librario carui, & quiddā pro officio meo præſtari me Principi meo oportuit, quod ita me impediuit, ut nihil oīno ocij mihi conceſſum fuerit. Sed quo ſerius præſtitit, eo emulatius propediem ad te ibit. Tu interea tēporis, ut amare non ceſſes, etiā atq; etiā rogo, id quod ita intelligā te feciſſe, ſi me nobiliſſimo iſti Principi quotidie magis feceris chariorē. Grauiſſimū & humaniſſimū virū Lodouicū Caſſellam bene valere opto. Vale, & diſertiſſimo Tito meo ſalutē plurimā verbis meis nunciato. Ex Mediolano, pridie Kalen. Apriles. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Silentij cauſam reddit, & operā ſuam ſpondet.

QVod nihil ad te ſcripſerim poſt meam a vobis abitionem, honeſtæ quædā occupationes meæ cauſam præſtiterunt. Itaq; rogo te ut ignoſcas, tibiq; perſuadeas, meunū eſſe, qui tanto te amore cōplector, ut aliū magis neminē. Itaq; ſi quid in me eſt, quod tibi iucundum eſſe poſſit, id ita eſſe tuū exiſtimato, ut meū magis eſſe non poſſit. Cōmuni Principi me q̄diligentiſſime, & q̄ſæpiſſime cōmenda. Præſtantiſſimū virum, eloquentiſſimūq; Caſſellam ſaluere plurimū opto. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Apriles. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Caſſellæ.

Obſequium ſuum offert amico.

CVm Antonius Tricinus Ferrariã peteret indignũ me facturũ exi
ſtimabã, ſi is meis vacuus lr̃is ad vos iſſet. Quid autẽ aliud ad te
ſcriberem, ꝗ unũ illud, q̃d & libẽter apud oẽs, & contínẽter præ
dico, me tibi cũ ꝓpter maxĩas tuas, mirabiliſꝗ virtutes, tũ ꝓpter ſingu
larẽ tuã erga me humanitatẽ, ac benificentiã debere plurimũ: Itaꝗ tibi
velim certo pſuadeas, me unũ eſſe perpetuoꝗ futuꝝ, qui nihil neꝗ ma
gnũ, neꝗ paruũ recuſaturus ſim tua cauſa. Quare abs te peto, atꝗ con
tendo, ut oĩbus in rebus officio, operaꝗ mea non utaris ſolũ, ſed etiã ſi
opus fuerit (ut ita dixerim) abutaris. Vale, & cõi Principi me (ut ſoles)
chariſſimũ redde. Ex Mediolano. xvi. Kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Literas ſuas conqueritur interceptas.

Vm primũ Candidus Bontempus eques auratus Principis tui
c noĩe veniſſet Mediolanũ, & ex eo certior factus eẽm de omi ſta
tu tuo, id q̃d minus cumulate ex lr̃is tuis quas filio Xenophõti
ad me dederas, ante cognorã, mirabili gaudio ſum affectus, & tibi per
meas lr̃as, ut par erat, cõgratulatus. Deinde cũ dies cõpluſculi præterijſ
ſent, didici ex eodẽ Candido lr̃as meas oĩs, & quas ad te, & q̃s ad Prin
cipem tuũ dederam, eſſe inter eundũ tabellario ĩterceptas, ſurreptas ve.
Itaꝗ & ad Sigiſmundũ Principẽ eadẽ rurſus ſcripſi, quæ antea, & tecũ
iccirco egi breuius, qm̃ per tabellariũ non licuit uti prolixitate, Quare
ea dũtaxat audies Græce, quæ apud Principẽ tibi tuũ verbis meis & di
cenda ſunt, & curanda. Vale. Ex Mediola. xv. Kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Locum & tempus præfinit conueniendi amici.

NIſi vehemẽter amem amorẽ tuũ, ingratus ſim. Quæ ſplendidiſſi
mi eq̃tis aurati Ioannis Tholentinatis ſcriba tuo noĩe mihi corã
expoſuit, libentiſſime audiui. Quid aũt aut ſentiã, aut velim, tecũ
una Cremonæ ad paucos uſꝗ dies cõmẽtabor ac ſtatuã. Nam ad Kalẽ.
Maias hinc capiã iter ad urbem Romã negocij mei gratia, & id quidem
ex Principis noſtri ſententia. Q, autẽ queri viſus es, ꝙ nihil ad te ſcribã,
non iure id facis. Nam proximis diebus lr̃as ad te dedi. Tu vero Endy
mionis ſomnũ dormitas, reſpondesꝗ oĩno nihil. Sed iccirco ignoſco
tibi, ꝙ ita ranarũ Cremonenſiũ clamoribus obtunderis, ut apud te eſſe
non poſſis. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Alexandro Sphortiæ. S.

Admonet quendam, ut ſibi inſeruiat.

ET ſi proximis literis debes ſatis intellexiſſe, ꝗ mihi opus ſit ope
tu a, nec præterea ſum ignarus, cum pro tua animi magnitudine,
tu m pro mea erga te obſeruantia te mihi libenter gratificaturum,

tamē quia noui maximas tuas ac prope infinitas occupationes, rurſu m
viſus es a dmonēdus. Ego Romā ſum propediem conceſſurus. Nec oīa
mihi adſunt, ꝗbus eſt opus ad id itineris. Nec mihi tā meæ, q̃ Sphortia-
næ dignitatis ratio eſt habenda. Reliqua tu pro tua prudētia potes con
ſyderare. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Alexandro Sphortiæ. S.
Gratias agit, & promiſſa petit impleri.

PErhumaniter mihi nudiuſnonus, ꝓbenigneq; rn̄diſti. Itaq; tibi non poſſū ingētis gratias nō habere. Dicis tu autē & facis oīa ꝓ magnitudine animi tui, nobilitateq; naturæ. Reliquū eſt, vt qđ tua illa grauiſuauiſſimaq; ep̄la me tam liberaliter recepiſti, ad q̃triduū vſq; te factu cū, id olim effectū reddas. Nam hoc mihi præſtare gratius hoc tempore nihil potes. Vale. Ex Mediolano. iij. Kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.
Hortatur amicū, vt compleat promiſſa.

q Vanq; nō eram neſcius te memorē fore, & quid mihi corā recepiſſes, & quid te facere oporteret, tñ cū mecū anīo volutarē, qui eſſes occupatiſſimus, rurſum viſus es admonēdus. Duo ſunt quæ tu mea cauſa ſis facturus, alterum Florentiæ ore auribusq; tuis, & Romæ alterum per literas. Hæc ut & q̃primum & diligenter cures, te etiā atq; etiā rogo. Vale. Ex Mediola. pridie kalen. Maias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Alexandro Sphortiæ. S.
Gratificatur amico pro munere.

QVem roſei coloris pannū dono miſiſti mihi, libentiſſime accepi. Sumq; tua munificētia nō mediocriter delectatus, & ne id quidē minus animi tui, q̃ doni magnitudīe. Non em̄ q̊d munerat̄, ſed munerātis animus maxīe liberalitatē, benignitatemq; declarat, & facit. Nanq; ꝙ verbo extenuaris, q̊d eſt apud me ampliſſimū, ſatis id ſuperq; oſtendit, & me tibi eſſe chariſſimū, & te nihil pluris ducere q̃ virtutem. Gratulor igit̄ fœlicitati tuæ, qui vt es anīo excelſo, ſplendidiſſimoq; ingenio, nihil abiectū, nihil humile neq; loquaris, nec ſentias. Reliquū eſt, vt tibi ꝑſuadeas tua apud me beneficia oīa, fide bona, eaq; non ingrata eſſe depoſita. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Maias. M. cccc. liij.

¶ Frā. Philel. Nicolao Arcīboldo iurecōſulto. S. Operā petit amici.

n Equaq; ſum neſciꝰ, mea tibi oīa maxīe curæ eſſe. Quo fit, ut vel tibi fortaſſe videar rē meā admodū negligere, ꝗ nullū faciā tecū verbū, cuius mihi opa vehemētiſſime opus ſit. Qđ ne accidere iure poſſit, peto abs te, ut q̊d una de mea ꝑfectione cōmentati ſumus, q̃primū quantū in te fuerit, cōfectū reddas. Hoc erit mihi tā gratū, q̃ neceſſariū. Vale. Mediolani ex ædibus nr̄is Idibus Maijs. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Gratias agit amicis laudãtibus, ꝓmittitq́ aductum ſuũ.

ACcepi lr̃as tuas ad me, et cum his eas binas, quas duo diſertiſſimi Nicolai & Perottus, & Vulpes ad te dederant. Habeo & tibi, & Nicolais ingẽtes gratias, ꝙ tam amice de me ſentitis. Nam quid dixerim, vere, cum & ipſe longe humilius de me ſentiã, & amorẽ unde manat amicitia, cæcũ finxit antiquitas? In pręſentia tecũ pluribus agere impedior. Ad paucos uſq; dies lõgior ſum futurus, & id quidẽ non per lr̃as, ſed p̃ſens ipſe & corã. Vale, & utriq́ Nicolao ſalutẽ plurimã dicito verbis meis. Ex Mediolano. xiiij. Kalen. Iulias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Galeacio epiſcopo Mantuano. S.

Pecuniam ſibi cõmodari petit.

NIſi una oĩm voce prædicatio neq́ cognitũ mihi eſſet te anĩo vigere ingenti & perbenigno, ſubdubitarẽ fortaſſe beneficij quippiã abs te petere, a quo nihil antea ꝓmeruerim. Sed cũ ſis tali tantaq́ virtute, ut humana oĩa infra te ducas, intelligaſq́ nihil eſſe magis homini propriũ, q̃ benefacere vel ignotis, quippe qui ſe ſimillimũ eius velit ad cuius eſt imaginẽ ſimilitudinẽq́ creatus, maiore cum fiducia tuas eni pulſo fores, quas mihi facile apertũ iri non dubitẽ. Deſpondi modo filiam viro bono & nobili, cui dotis caritudĩe tradere nondũ potui. Nam ut noſti, virtus & diuitiæ ſimul eſſe nõ poſſunt. Te igit̃ pro tuis maxĩs, innũerabilibuſq́ virtutibus maiorẽ in modũ rogo, atq́ oro, ut ducatos centũ mihi cõmodes, ea conditiõe, ut intra annũ eos tibi oĩno bona fide redditurus ſim. Qđ ſi prius, ut ſpero, p̃ſtare potero, nihil diſſimulabo. Scio te, id q̃d ſummæ tuæ eſt laudis, nunq̃ pecunijs abundare, & ſi redditus habes ampliſſimos, cũ ex eccleſia, tum etiã ex p̃rimonio. Nam quicq̃d ſupereſt a rebus neceſſarijs, id omnę vel pro liberalitatis, vel pro pietatis officio in eos tribuis, q̃s dignos cenſeas in q̃s bñficiũ conferat̃. Tuæ igit̃ humanitatis fuerit, ut ita in me pius liberalis ve ſis, ut ĩtelligas nullũ apud me officiũ tuũ intermoriturꝫ. Non eñ ſolũ ad cõſtitutũ tempus tuũ ad te mutuũ redibit, ſed cũ uſura etiã lr̃aria redibit. Huius autẽ rei gr̃a hunc meũ adoleſcentẽ ad te fidum nunciũ miſi, cui velim ad me des quod petit̃. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Iulias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus Philel. Georgio Trapeſontæ. S.

Dicit ſe quendã cum ſũmo Pontifice in gr̃am redegiſſe.

QVod iſtinc abiens tibi ſum pollicitus, ubi primũ in urbẽ veni, & ſummi Pontificis Nicolai quinti adeundi mihi data eſt facultas, quo tẽpore adhuc ex pedibus non mediocriter laborabat, ita egi cauſam tuã, ut eius animũ iampridem alienatũ, ut noſti, ita ad te conuerterim, ut reditũ ad ſe tuũ non ſolũ admittat, ſed etiã deſyderare videatur. Itaq́ moneo te, atq́ hortor, ne differas aduentũ tuum, ſed velis, at remis (ut aiunt) ſecundis flatibus te cõmittas. Nam oĩa tibi in portu,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0100-6

omnia tranquilla futura ſunt. Vale, & maieſtati regiæ me cõmenda. Ex urbe Roma. v. Kalen. Septembres. M. cccc. liiij.

¶ Frã. Philel. Nicolao Arcimboldo, iurecõſulto atq; ſenatori ducali. S.

Equuleum laudat.

HAſce ad te lr̃as dedi ex Tholẽtino, unde poſt octiduũ arripiã ad vos iter, tũ equeſtris inſignibus, & poetica laurea ornatus, tũ ſecretarius apricus. Equuleus tuus ſi tãta eẽt corpis magnitudine q̃nta aĩ, ne Bucefalo qdẽ cederet. Mirũ eſt q̃ ſe obſequentẽ pr̃ſtat. Valẽ, meq; ut facis, ama. Ex Tholentino, Idibus Septẽbribus. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Calabro. S.

Reſponſum petit.

MIror q̃ nihil ad ea rñderis, q̃ pximis diebus tibi de re mea ſignificaui. Nondũ fortaſſis a Principe didiciſti quod cupimus. Itaq; rogo te, ut tandẽ reſpondeas, meq; de omni eius ſnĩa facias certiorem. Vale. Ex Mediolano. ix. Kalen. Nouembres. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Excuſat ſe de ſilentio.

n Olim tibi pſuadeas, queq̃ eſſe ex amicis oĩbus te mihi chariorẽ. Id eñ cũ modeſtiſſimi tui mores, tũ plurima & maxĩa bñficia citro ultroq; mutua pietate collata, iãpridẽ facile pſtiterũt. Q aũt nihil in hanc diem poſt abitionẽ iſtinc meã ad te ſcripſerim, illud ſcilicet fuit in cã, q̃ fruſtra id facere nolebã. Nondũ eñ Princeps meus in urbẽ rediit ex caſtris, neq; eo abſente habeo quicq̃, quod tibi ſim ſcripturus. Tu interim bona ſpe eſto. Non eñ fallã quã de me indubitatã hẽs opinionẽ. Vale. Ex Mediolano. xiij. kalen. Ianuarias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Commendat quendam.

q Vi tibi reddidit has lr̃as, vir eſt & bonus, & nõ indoctꝰ, mihiq; mľtos iã annos pfamiliaris, quẽ ut & diligas, & cõmendatũ habeas rogo. Vale. Ex Mediola. x. kalen. Februa. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao quinto ſummo pontifici. S.

Dicit ſe pagere ſibi mãdata, & gratũ ſe oſtendit.

STephanũ Caciã Nouariẽſem iuriſconſultũ, & Taurinatẽ Archidiaconũ, tuæ ſctĩtatis cubiculariũ, in his q̃ mihi expoſuit tuo nomĩe, & ſumma cũ obſeruãtia, & libẽtiſſime audiui. Nec diligẽter minus q̃ fideliter geſſi oĩa, geroq; aſſidue, q̃ tum lr̃is tuis, tũ eius nũcio tibi grata fore cognoui. Habeo aũt beatitudini tuæ gr̃as ĩmortalis, q̃ fidei meæ, pietatiq; erga te ita fidis, ut debes. Quid eñ pro te facturus non ſim, cuius ſingularẽ ſum iãpridẽ beniuolentiã, & præcipuã modo benignitatẽ in me exptus? Tantũ me tibi debere intelligo, ut ne vitã quidẽ ipſam in mea magis, q̃ in tua poteſtate poſitã eſſe velim. Itaq; impare ſit tuũ

pro volũtate oĩa, parere aũt meũ cum oĩ integritate, veneratione, induſtria. Vale pater beatiſſime. Ex Mediola. iiij. Kalẽ. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Nucetano. S.

Miratur ſibi nihil eſſe reſponſum.

ANtonio Littæ Mediolanenſi preſbytero lr̃as ad te dedi. iiij. Idus Nouẽbres. Eratq; cum his ſapphicũ adonicũq; carmẽ ad ſanctitatem dñi noſtri longiuſculũ. Sum aũt miratus, ꝙ nihil in hanc diem mihi rñderis. Nec potui non dubitare, ne lr̃æ tibi meæ redditæ fortaſſe non eẽnt. Noui eñ facilitatẽ, noui humanitatẽ, noui liberalitatem animi tui. Itaq; non ſine cauſa id accidiſſe arbitror. Sed cũ hac de re, tum de aliјs nõnullis Xenophon filius tibi corã exponet. Tu velim me (ut facis) ames. Tibiq; perſuadeas eum eſſe me, qui tibi oĩm maxĩe noſtri ordinis ſim affectus. Cõuiuia Mediolanẽſia eidem Xenophonti filio ad te dedi. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Infidum eſſe quendam dicit.

BInis aliјs lr̃is tibi ſcaui Ioannẽ Caimũ, neq; feciſſe, neq; facturũ ſani quicq; de re tua. Seq; dicit tibi debere nihil, quoniã pro te aliјs ſatiſfecerit. At illi quos is prædicat, factũ id pernegant. Itaq; ſi me audis, tute Mediolanũ concede. Nam ſi ſecus feceris, nihil feceris, ædesq; negligẽtia tua quadã amiſeris. Tu rem paucis tenes. Reliqua ex Xenophonte filio corã accipies. Vale cũ pudiciſſima uxore tua, meq; tuo illuſtri Principi cõmenda. Ex Mediola. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Fran. Philel. Petro Barbaro Cardinali Veneto. S.

Gratum ſe eſſe dicit.

XEnophonti filio Romã venienti iccirco lr̃as ad te dedi, ut intelligeres me tanti facere beniuolentiã tuã, quã mihi nuper cum iſtic eẽm, certiſſimis documẽtis corã declaraſti, ut oĩa de te mihi ſperare poſſe videar. Id aũt eo facio & maiore cũ fiducia & libẽtius, qm̃ noui nullũ apud me unq; intermoriturꝝ bñficiũ tuũ. Nam eſt apud me antiquius nihil gratitudine atq; pietate. Reliqua tu ex Xenophonte cognoſces. Vale pr̃ ampliſſime. Ex Mediola. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Dñico Cardinali firmano. S.

Excuſat ſe præclare, ꝙ amicũ non ſalutauerit.

NOn poſſum nõ accuſare erratũ meũ, ꝙ cum nuꝑ fuiſſem Romæ, ad te min⁹ ſalutatũ ierim, cui me iãpridẽ norim eſſe chariſſimũ. Nolim tñ exiſtimes id vel negligẽtia mea, vel ꝙ tui oblitus fuerim, accidiſſe. Sed dũ cupio in te adeundo minus ineptus exiſtimari, fui in officio ſeruãdo minus erga te officioſus. Volebã eñ et ꝓ amplitudine tua, et ꝓ decoro adire te, & eos cõferre ſmones, qui & auditione tua, & oꝛ̃one mea nõ indigni iudicarent. Quare dũ ſtudeo ea expedire nego

cia, quę mihi erãt apud ſummũ Pontificẽ, pluſq́ in his q̃ putarã tp̃is cõ‑
ſumo, tandẽ coactus ſum nõ te ante adire q̃ abire. Itaq́ in ipſa abitione
mea ex urbe Roma, ĩter equitandũ accedo ad ipſas ædes dignatõis tuæ.
Is qui triclinij p̃eſt officio, rñdet in cubiculario te eſſe diuino ĩtentũ mi‑
niſterio, nec licere ſibi ĩterea tp̃is adire te. Quid multis? Tris horas expe
cto, cũ ne ipſe quidẽ oſtiarius ampli⁹ quicq́ rñdet mihi. Quãobrẽ dum
video mihi ſuari ſilentiũ, & ipſe ad abeundũ ſollicitarer a comitibus, ne
aut ĩportunior, aut ineptior dici poſſem, abiui equidẽ ſubtriſtior, q̄ vi‑
ſere te nequerim, quẽ mirifica obſeruãtia pſequor. Tenes ecce rem oẽm.
Tuæ fuerit vel clemẽtiæ mihi ignoſcere, vel iuſticiæ oſtiariũ caſtigare,
qui ut eſt gñe Germanus, neq́ humanitatẽ ſapiat, nec hominũ habeat
diſcrimẽ. Reliqua ex Xenophonte filio cognoſces. Vale pater humaniſſi‑
ſime. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Fran. Philel. Ioanni Auriſpæ. S. Laudat amicũ.

Vanti ego te ſemp̃ fecerim ac facio, nemo eſt qui id melius ſciat
q̃ tu. Id certe exploratiſſimũ habeo, me tibi eſſe chariſſimũ. Fide
aũt in amicos, & prudẽtia tanta vales, quãta ſcio maiore nemi‑
nem. Itaq́ nihil eſt q̃d de te ſperare non auſim. Quibus aũt in rebus tuã
mihi & operã & diligentiã præſtes, velim, Xenophon filius tibi coram
oſtendet. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalen. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo, equiti aurato, S.

Literas petit de ſtatu amici.

CVm ad undecimũ Kalen. Septẽb. ex caſtris regijs abijſſem, repeti‑
turus Mediolanũ, nihil mihi moleſtius fuit, q̃ q̄ te, qm̃ heſterno
veſperi Neapolim reuertiſſe ferebaris, eo die videre, cõplectiq́ ne‑
querim. Itaq́ abiens mecũ tuli incredibile deſyderiũ tui, quẽ & abſentẽ
abſens intueor, & cõplector, & alloquor. Cupio autẽ maiorẽ in modũ
per tuas lr̃as intelligere, & q̃d agas, & q̃ tibi charus ſim. Sed hoꝝ alterũ
perſpicuũ mihi eſt. Non eñ poſſum nõ amari abs te, quẽ tantopere ipſe
colã. Alterꝝ bñ ſpero. Nã qui vir magnus es, & rebus ornatus oĩbus te
bñ agere, ac rebus uti ſecũdiſſimis, dubitare certe nõ debeo. Gratiſſimũ
tñ mihi factur⁹ ſis, ſi q̃ de te mihi ĩ ſpe ſunt poſita, ea tu lr̃is tuis vel cõfir‑
mabis, vel augebis. Vale decus meũ, & me Alphonſo regi cõmenda, &
ut ſoles, chariſſimũ effice. Ex Mediolano. iiij. kal. Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Interrogat de nauigio.

INcipienti iam mihi expectare literas tuas, aliud occurrit in mentem.
Cupio enim ex te intelligere, ulla ne a vobis ſit aut in Thraciam, aut
ad Chios nauis traiectura, quæ iſtinc ſoluat ante Kalendas Maias:
Et hoc, & quæ proximis literis ad te ſcripſi, ne negligas rogo. Vale. Ex
Mediolano. viij. Idus Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Excuſatoria epiſtola.

DEus maleſaciat factionibus, ſuſpicatõibusq;, q̄bus fit, ut tuæ meæq; voluntati mos geri non poſſit. Petierā a Principe, q̄d te velle intelligebā. Is mihi liberaliſſime reſponderat, ut ſemp̱, omniaq; mea cauſa facturū ſe affirmarat. Deinde cū rei conficiūdæ ſtudeo, anīaduerto hunc refrigeſcere. Quod ego moleſte ferens, cunctationis cauſam quæro. Tandē mihi reſpondet, ſe & mea & tua cauſa velle oīa, vereri tamē ne iſtic aliqui hmōi beneficij genus indigne patianī, Itaq; ſibi & hominū habendā eſſe, & tempoꝝ rationē. Reliqua tu pro tua prudētia coniecta. Vnūq; tibi perſuade, nihil apud me eſſe antiquius beniuolētia noſtra. Vale. Ex Mediolano. v. Nonas Martias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Excuſat amicū non reſcribentē, & tn̄ cum vacabit, ut ſcribat, orat, certiorq; fieri petit de eius ſtatu.

n Ihil eſt mihi beniuolentia tua certius. Quid em̄ non ames, quem vir maximus & clariſſimus pater tuus Leonardus & dilexerit unice & ſummis beneficijs affecerit? Itaq; non modo nō miror, ſi quādo meis lr̄is inuitatus nihil reſponderis, ſed ignoſco potius occupatiōibus tuis, quibus fit, ut neq; amicis poſſis, nec ipſi tibi oīno ſatiſfacere. Verū ſi quid ocij quandoq; nactus fueris, rem mihi facies gratiſſimam, ſi & de te, & de rebus tuis me reddideris certiorem, in primisq; nunquid in naufragio Biçantino iacturæ quippiā paſſus ſis. Non em̄ poſſum non vereri, ne quid inde tibi detrimēti acciderit ob tuas pecunias, quas habebas Conſtātinopoli in mercatura occupatas. Ad hæc rogo te, ut opuſcula illa mea, quæ abs te meo noīe eloquētiſſimus medicus Petrus Thomaſius petijt, huic iſti tabellario, aut eidem cōmuni amico ad me des. Vale. Ex Mediolano. pridie Kalen. Apriles. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Cuſano iuriſperito. S.

Laceſſentem ſe monet ut deſinat.

ES tu in me Iacobe quotidie q̄ par eſt importunior, id q̄d ne poſthac facias, te non ſolū moneo, ſed etiā hortor, ac rogo. Nā quanq̄ magno anīo viri eſt, iniuriā contēnere, cōtumeliam tn̄ ferre nemo ſi ſanus ſit, debet. Stultus eſt em̄, qui & aliorū & ſuæ dignitatis rationē non habet. Duo ſunt clauſtra natura linguę obiecta, & dentes, & labra, quib⁹ admonemur eſſe nihil effutiendū, ſed aſſeuerāter oīa, prudēterq; dicenda. Neq; in teſtimonijs mētiri nos oportet, nā ſic ſumus in deū impij, neq; in defendēdo oppugnādove aut piuros, aut peruicacis, id q̄d faciūt hi oēs, qui ſimplicis anīæ ſceleratiſſimā ſectā fouent. Tu me ſatis intelligis. Si iuſticiā, veritatēq; tueris, nullā facis mihi iniuriā. Sin ſecus acis, tibijpſi noces. Vtcūq; res habet, cōpeſce linguā, & me laceſſere ma

ledictis noli, ne quæ irrita tela obtuſaꝗ; conieceris, retorqueant in te longe acutiora. Tibi lingua eſt, ut videre videor, ad iuchendū apta. At Philelpho tuo & lingua eſt, & arundo longe ꝗ̃ diuturnior. Itaꝗ; ſanius tibi cōſulas, ſi me phō uti malis, ꝗ̃ vel oratore, vel ſatyro, ut cōſueſti. Vale. Mediolani ex ædibus nr̄is. viij. Idus Apriles. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Laborare amicū ex crure dolet, & lr̄as ſuas illi non redditas.

gAbriel vir religioſus, idēꝗ; diſertus, qui mō iſtinc Mediolanū petijt, fecit me certiorē, te neſcio quo mō ex crure laborare, Mirari præterea, ꝙ nihil tibi ad ea rn̄derim, quę de re uxoria ad me ſcripſeras, Vtrūꝗ; ſane dolui, & ꝙ tibi crus moleſtiam attulerit, & ꝙ binæ meæ lr̄æ tibi redditæ minus fuerint. Nam haꝝ ego alteras publico mercatoꝝ tabellario, alteras Leonardo ſcribæ vr̄i Principis ad te dederam. Ne igit̄ eadē ſæpius repetā, illaꝝ literarū exēpla cum his una ad te miſi. Tu vale, & crus ꝗ̃ diligētiſſime cura. Ad hæc ſi qd habes de Turcis, ad me pſcribe. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Maias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Marchioni montiſferrati. S.

Cauſam ſilentij reddit.

SI nihil iamdiu ad te ſcripſi, puto iccirco te nō mirari, ꝙ noris id mihi facere non licuiſſe ob tempeſtates procellasꝗ; bellorū. Nam ego te & amo, & obſeruo, non ſolum ꝙ de me ſis meritus optime, ſed quia dignus es, quē boni viri, ac docti oēs & colant, & venerent̄. Itaꝗ; ſi quid in me eſt, quod tibi ſit gratum, id iure peculij tuū cenſe. Ego autē abs te aliud nihil peto, niſi ut me ames, ut ſoles. Præterea maiorē in modum rogo te, ut meos illos de exilio libros Xenophonti filio ad me des. Vale. Ex Mediolano, Idibus Maijs. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Lombardo Collioni. S.

Literas petit.

QVæ mihi Salomon Iudæus nomine tuo expoſuit, audiui. Miratus autē ſum, ꝙ nullas ad me literas dederis. Fac igitur abs te ipō audiam, quæ per internunciū loqueris. Tu me ſatis ſuperꝗ; intelligis. Vale. Ex Mediolano. vij. kalen. Iunias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Ciccho Calabro. S.

Oſtendit ſe velle rebus ſuis proſpicere.

NOn me latet, ꝗ̃ abs te non ſolum diligor, ſed etiam amor. Nec cupio plus te velle mea cauſa, ꝗ̃ poſſis. Id te rogo dumtaxat, ut quod habes ſcriptū, id Principi hodie (modo liceat) legas. Nam diutius tempus terere, iam nulli uſui eſſe mihi poteſt. Itaꝗ; inſtitui omnino proſpicere rebus meis. Tibi vero amico benefico, & optimo me tantum debere profiteor, quantum alteri nemini. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Idus Iunias. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Excuſat occupationes amici.

ACcuſarē ego te profecto vel obliuionis, vel negligentiæ, niſi tuus mihi amor iāpridē perſpectus eēt. Quo fit, ut iſtiuſmodi oēm de re mea cūctationē dem occupatōibus tuis. Quibus q̄m iam ma-gna ex parte ſolutus es, te rogo, ut q̄d mihi corā libēterq; recepiſti, non inuitus efficias. Vale. Ex Mediolano, Idibus Auguſtis. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Criſtophoro Marliano. S.

Pelliri a Principe veſtem ſuam petit.

VIdeor licere mihi tanq; pro meo quodā peculiari iure, uti & opa, & officio tuo in omni re mea. Quid eīm diſcipuli non debeāt præ ceptoribus, p̄ſertim his q̄bus ſe norint eſſe chariſſimos? Quod te non latet, illuſtris Princeps Alexāder Sphortia, vir plane omni virtute maxīus, mihi dono dedit anno ſuperiore pannū roſei coloris, quo pro dignitate ſua Muſarūq; induerer. Is in hāc mihi diē ſeruatus eſt integer. Nam ante non fuit uſui. Nunc formaē in veſtimētum, q̄d ſi minus pelli tum fuerit, videaē ineptius. Pelliri autē ab alio q̄ ab Alexandro, cuius eſt donū, haud quaq; decere arbitrer. Itaq; iſti dicito meis verbis, ut ſuæ munificētiæ, & non ingratæ Muſarum voluntati pro tpe anni cōſulat. Vale, & rn̄de. Ex Mediolano. xvi. Kalen. Septēbres. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Debitorē quendam dicit eſſe ſoluendo.

NEc tu mihi tuos cogitatus proximis lr̄is declaraſti, nec ego ex me illos potui coniectare. Sed quoniā a familiari quodā nunc reſci ui virū illum, quo de antea ad me ſcripſeras, debere tibi pecuniā, te iterū aliter admonendū putaui, cū eſſe ſoluēdo non difficilē, quantū tibi debuerit. Habet eīm bona, quæ ſtabilia vocanē, permulta, viuitq;, & victitat lautiſſime. Itaq; tibi nō eſſe longius differēdum cenſeo. Veni Mediolanū. Nam oīa tibi ſecūda futura ſunt, cū ob alias pleraſq; ratio nes, tum q̄a humaniſſimus hic Princeps noſter, & videbit te libētiſſime, & tuū ius omne ſuū ius eſſe exiſtimabit. Prǫterea q̄d tibi an̄ ſignificaui, ſi minus abundas equis, hic mihi ſex ſunt, q̄s tibi quoq; volo eſſe com-munis. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Septēbres. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Bartholomæo Bucinio. S.

Nec ſimulandū, nec diſſimulandū eſſe, Laudatq; amicum q̄ ſe totū patefecit ſibi, & pollicetē officium ſuū.

QVod te mihi totū oſtēdis, & amice facis, & recte. Nā cum in viro bono, tū vel in primis in amicitia nec ſimulatū quicq;, nec diſſi-mulatū eſſe oportet. Itaq; vidimus ab Ariſtotele dari Socrati vi tio, qui cū eſſet ſuæ tēpeſtatis oīm apud Athenienſes doctiſſimus, & inter alienos diceret, & apud ſuos, ſe unū id ſcire, q̄ nihil ſciret, aliud q̄ o nis

hil. Decet pfecto quenq̃ (ut mea fert opinio) ſe talē oĩbus illuſtrare, q̃ua
lis ſit. Vt fucata & cõficta mľier grata eſſe nõ poteſt, ita etiã illa q̃ coloris
bonitatē venuſtatēq; occultat, in vitio eſſe cõſueuit. Qđ ſi omni in re cõ-
ſiderandũ eſt, eo magis in amicitia, quæ eſſe certe nullo pacto queat, niſi
oĩ ex parte pateat, perſpicuaq; ſit. Egiſti igiť pro officio, q̃ te pximis lr̃is
non ſolũ in cute (ut aiunt) ſed intus q̃ʒ ita mihi te cognitũ reddideris, ut
ea quæ oculis cernunť. Delectat me ſane ingeniũ tuũ, delectat orõ, placet
eruditio, piucunda eſt humanitas. Q; me vero ita laudas, ita obſeruas,
ita exuberantē quandã dilectionis erga me tuæ, amoriſq; abundantiã
præ ſe fert. Et quanq̃ non iſta mihi eſt de me opinio, quã tibi eſſe aĩad-
uerto, non tñ moleſte tuli ita abs te ſentiri, quo ſis ĩ me amãdo alacrior.
Ego aũt illud tibi unũ polliceor, oĩa me tua cauſa præſtiturũ, quæ tibĩ
vel cõmodo, vel iucunditati fore cognoro. Non em̃ potes mihi nõ eſſe
chariſſimus, qui & doctus ſis, et diſertus, & bonus, meiq; am ãtiſſimus.
Valę. Ex Mediolano, Kalen. Septembribus. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Nucetano. S.

Amico grãs agit pro beneficijs, & libros illi mittit.

ME indies magis atq; magis tibi obſtringis plurimis tuis ac maxĩs
bñficijs. Itaq; tantũ me tibi debere fateor, quantũ ab me diſſolui
poſſe deſperē. Quod aũt voluntate poſſum, id certe ita libẽter fa
cio, ut vix aliud quicq; magis. Quare cũ aĩaduerterim te mea lr̃aria &
ingenij monumẽta delectare cõſueſſe, duos codices ad te dedi, q̃s a filio
Xenophõte corã accipies, ab eodẽq; intelliges, q̃bus in rebus tuo officio
uti velim. Tu ſi q̃d eſt q̃d mea opera tibi p̃ſtare poſſit, id totũ in tua eſſe
p̃tãte poſitũ exiſtimato. Vale. Ex Medio. Nonis Nouẽb. M. cccc. liiij.

¶ Fran. Philel. Nicolao Quinto ſummo pontifici. S.

Petit quippiam a ſummo Pontifice.

Vid in cauſa fuerit, q̃ ſerius ad tuã beatitudinē vel ſcripſerim,
q vel miſerim, e filio Xenophonte corã accipies, ſil̃q; cognoſces
quæ mea mens ſit, & q̃d conſilij cœperim. Tuæ aũt mãſuetudi
nis, benignitatiſq; fuerit id præſtare, quod a me fidẽtius fortaſſe q̃ par
ſit, verũ beniuolentiſſimo in te aĩo, pientiſſimoq; petiť. Vale pater bea-
tiſſime. Ex Mediolano, Nonis Nouembribus. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Dñico Cardinali Firmano. S.

Operam petit Cardinalis.

EO maiore cũ fiducia tuis bñficijs uſurus aduenio, quo te iam plu-
ris annos bñficentiſſimo uſus ſum. Nam vel a Bononienſi uſq; le-
gatione tantã mihi beniuolentiã oſtendiſti, ut nihil eſſe arbitrer nec
magnũ, nec paruũ, quod mea cauſa facturus non ſis, p̃ſertim cum eum
me eſſe cognoris, apud quē nullũ ſit intermoriturũ officium. Nam quã
referre parē gratiã nequeã, eam habere q̃ maximã & velim & ſoleam.

Quid agit abs te cupiã, Xenophon filius tibi coram tẽpeſtiue declarabit.
Vale pater clemẽtiſſime. Ex Mediolano, Nonis Nouẽb. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Matthæo Ioanni. S.

Gratum ſe oſtendit.

CVm mitterẽ Xenophonta filiũ ad Alphõſum regẽ, tu mihi unus vel in primis occurrebas, cuius mihi recordatio iucundiſſima ſit. Non eñ obliuiſci poſſum, q̃ mihi ſingularẽ beniuolentiã præſtitiſti, cum anno ſupiore in regijs caſtris tua & opera, & officio uſus ſum. Itaq; niſi te vehemẽter diligã, ingratus ſim, qui haberi gratiſſimus non cupio ſolũ, ſed etiã ſtudeo. Vellem admodũ libẽter, aliqua mihi offerretur occaſio tibi gratiæ referendæ, quã tamẽ ita habeo, ut maior haberi cuiq; haud queat. Quare tu ũſit, & me, & meis rebus oĩbus non ſecus uti, q̃ tu tuis. Quod ſi feceris, magna me afficies voluptate. Nã ego tua uti opera, & ſtudio nunq̃ deſiſtam. Cætera tu e Xenophonte corã accipies. Vale. Ex Mediolano, Nonis Nouẽbribus. M. cccc. liiij.

¶ Fran. Philel. Petro Nucetano aplico Secretario. S.

Literas mittit filio reddendas.

ET ſi Xenophonti filio hinc abeunti mãdaui oĩa diligẽter, quæ ab eo fieri vellem, tñ non eſſe ab re duxi, ut iterum lr̃is admoneretur. Itaq; rogo te, cum primũ iſtuc puenerit, eumq; videris, (nam continuo te adibit) literas hiſce introcluſas, eidem reddendas cures. Reliqua tu coram ex eo accipies. Vale, & me ſanctiſſimo domino noſtro commenda. Ex Mediola. iij. Idus Nouembres. M. cccc. liiij.

¶ Franciſcus Philel. Blaſio Axeretenſi. S.

Hortatur amicum ad viciſſitudinẽ literarum.

NEſcio ſane uter noſtrũ magis ſit accuſandus, ego ne qui iamdiu nihil ad te lr̃arum dederim, an tu qui ne noſtri quidẽ memineris. Nam ego de te tuaq; ſalute quæſiui ſæpenumero vel ex tuis, id quod tibi nunciatũ eſſe non ſum neſcius. At nemo iſtinc venit, ex quo potuerim ĩtelligere, an de me unq̃, noſtraq; amicitia mentionẽ feceris. Verum iccirco ignoſco tibi, q̄ acceperim te totum eſſe amori deditum, quem nec cæcum eſſe patiaris, te plurimũ rogo. Sed utcunq; res habet, poſteaq̃ ipſe glaciem fregi (ut aiunt) tui officij fuerit, ut itineri te accingas, ut mutuis literis una ſimus, unaq; aſſidue colloquamur, mutuiſq; inter nos officijs contẽdamus, quibus æque vincere, atq; vinci perpulchrum eſt. Vale. Ex Mediolano, Kalen. Ianuarijs. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Didoni medico. S.

Codicem Alberthi Magni petit.

ACcepi a nõnullis tibi eſſe illud Alberthi Magni opus, q̃d de angelis inſcribit. Id quoniã laudari video a viris doctis, & ſapiẽtibus videre plurimũ cupio. Nec ſum verit⁹ abs te petere, ut huic meo

deſyderio ipſe opituleris, vel venu, vel cõmodato. Nam ſi qua tibi in re opus eſſet officio meo, nihil a me fruſtra peteres. Propediem Xeno-phon filius Neapoli ad nos rediens iſtac iter facturus eſt, cui velim vel iſtiuſmodi codicem ad me des, vel literas, quibus intelligam quid facto ſit opus. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Februarias. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo. S.

Filij cauſas expediri rogat.

SIt ne adhuc Neapoli Xenophon filius, an minus ſit, nihil habeo cer-ti. Illud mihi plane certius omni re certiſſima, me tibi eſſe chariſſi-mum, & ne id quidem iniuria. Non em̃ es neſcius quantus eſt erga te amor meus, quæ fides, quæ obſeruantia. Itaq; mea oĩa tibi maximæ curæ eſſe certo ſcio. Q; ſi forte acciderit, ut nondum Xenophon Neapo-li abierit ob occupationes vel tuas, vel regias, cura obſecro, ne diutius tempus terat. Vereor em̃ fore, ut iter minus ſit tutum habiturus, ſi lon-giorem moram apud vos gerit. Nam comes Iacobus Peruſinus prope-diem in Flaminiam, Picenumq; profecturus cum exercitu perhibetur. Præterea quid ego facturus ſim neſcio, niſi rem omnẽ meam ex filio an-te cognoro. Reliqua tu pro tua prudentia non difficile conſyderare que-as. Vale. Ex Mediolano. vij. Kalen. Martias. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Reddi petit filio lr̃as, ut properet domum.

POſteaq; hinc abieras, mihi redditæ ſunt literæ a Xenophonte filio. Itaq; mihi uſui eſt, ut his mentẽ meam, q̃primũ ſentiat. Nam ſi ſe-cus fiat, diuturniorẽ moram cum Neapolitanis videtur eſſe factu-rus. Itaq; mihi facies rem pergratã, ſi operam dederis, ut meas haſce lite-ras propediem filius accipiat. Vtere diligentia, & fide qua ſoles, in Phi-lelphum tuũ. Præterea quæ Florentiæ abs te curatũ iri volebã, ut perfici-as, rogo. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Martias. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Zancario. S.

Recte ſe conſuluiſſe dicit.

REſpondi proximis diebus ad ea q̃ mihi ſcripſeras ex publico decre-to. Tibiq; diligẽter aperui ſnĩam animi mei, in quã ipſam ſi a vo-biſquoq; itũ fuerit, habebũt oĩa recte. Reliquũ eſt, ne differas, ſed q̃primũ ad me lr̃as des, qbus fiam certior de re omni quã noſtra inter-eſſe iudicabis. Vale. Ex Mediolano, pridie Kalen. Iulias. M. cccc. lv.

¶ Fran. Philel. Guilielmo Vrſino Franciæ Cancellario. S.

Deſyderat literas amici, & libros illi mittit.

EXiſtimo fieri aut nũcioꝝ negligẽtia, aut etiã fortaſſis occupationi-bus tuis, ut lr̃æ tuę vel mihi nõ reddanť, vel nõ eant ad me. Nã me tibi hũaniſſimo viro eſſe chariſſimũ, non ſum neſcius. Cęterũ vel-im ſcias in eadẽ me eſſe ſnĩa, quã antea ad te ſcripſi. Qua de re eruditiſſi-

mus philoſophus, ac medicus Thomas Coronenſis tecū verba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioanni Coſſæ viro nobiliſſimo opus meū ſatyricū, ſatis emēdatum, & ſi minus eleganti codice perſcriptum. Malui tñ aliqd ad te dare, q̄ pati, ut vir utriq; noſtrum amiciſſimus, monimētis meis oīno vacuus ad te iret. Nam aliud quicq; per id tpis nihil mihi erat in manu. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Kalen. Auguſtas. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Mario filio. S.

Hortatur filium ad bonas artes.

PLacuit carmen tuū, placuit epl'a. Quæq; ſcripſiſti, oīa me plurimū delectarunt. Quibus autē honoribus te florentiſſimus Sabbaudiæ dux ornarit, illis te facito dignum præſtes. Quod ita maxīe conſequeris, ſi cum doctrinā, tum non minus diligentiā ingenij bonitati adhibueris. Videre em̄ in te filium videor (quod Stoicis placet) non ingenij minus q̄ corporis vim quādam a patre emanaſſe. Sed ea vis oīs audiendo, legendo, meditando, docendo, diſſerendo, ſcribendo excitatur, alitur, augeſcit. Itaq; nolim, induſtria diligentiaq; minus q̄ cæteris vel naturæ, vel diſciplinæ præſtantijs fretus eſſe, perpolitusq; iudiceris. Reliqua oīa quæ petijſti per lr̄as, curabo tēpeſtiue. Nā ad ea continuo præſtanda tēpus mihi non fuit. Sed cum Xenophon filius iſtuc ierit, id q̄d propediē eſt futurum, morē geram tuo deſyderio. Amicus tuus, vel noſter potius, vir nobilis Ariſminus noſtro officio uti voluit. Vale cum uxore, & filijs. Ex Mediolano. iij. Nonas Auguſtas. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Lucino Genuenſi iuriſconſulto. S.

Gratificatur amico duplici ratione.

ACcepi ex lr̄is Ioannis Marij filij, cum eximiā tuā erga ſe multis in rebus benignitatē, tum ſingularē beniuolentiā erga me. Quo quidem duplici liberalitatis gñe facile admoneor, ut te non diligā ſolum, ſed etiā maiorē in modū amem. Quod eo facio libentius, quo cū te virū eſſe ītelligo, qui & ciuili ſapientia, & bonar̄ artiū diſciplina, ingentiq; v̄tute talis tātusq; ſis, ut a probatiſſimis oībus, optimisq; viris iure obſeruādus, colendusq; iudiceris. Itaq; non mō q̄ in me amādo, in filioq; mihi dilectiſſimo amplificādo officioſiſſimū te pręſtiteris, atq; pręſtes, es mihi īter amiciſſimos hñdus, ſed etiā q̄ is ſis, quē vel nullo ꝑuocati bñficio boni & docti oēs debeant oī beniuolētia proſequi. Habe igit̄ me in tuis meq; utere pro volūtate tua Nunq̄ te tua de me fallet opinio. Vale Ex Mediolano. xiiij. Kalē. Septēbres. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Auguſtino Dato. S.

Cauſam cur non reſcripſerit narrat. Deinde laudat amicum de eloquentia.

n Olim tibi ꝑſuadeas ulla mea vel negligentiæ, vel tui obliuione factū eſſe, quo minus ad tuas unas ſupioris lr̄as tibi rñderim.

Nam ut ſcire longo iam uſu potuiſti, nec me omni etiã in re diligentior eſt quiſq́, nec tui obliuiſci queã, ab quo me norim nõ ſecus amari obſeruariq́, ꝙ ſi eſſes filius. Sed meæ mihi occupationes huic dulci, pioq́ officio fuerunt ĩpedimẽto, qbus ipſis & ſi ne nunc qdem ſum vacuus, malui tñ vel paucis ad te reſpondere, ꝙ perſtare diuturniore ſilentio, ut iure videri poſſem obiurgandus abs te. Delectarũt me vehemẽter tuæ lr̃æ, quippe quæ teſtes locupletiſſimæ ſint nõ minus præſtantiſſimi tui ingenij, ꝙ ſummæ erga me pietatis. Placet eruditio, placet orõnis nitor, in primiſq́ tua modeſtia, & humanitas. Perge igit̃. ut cœpiſti, quo tum beniuolentia tua te indies magis magiſq́ diligamus, tum priſtinæ nr̃æ doctrinæ fructus ex tuis diſertiſſimis monimentis quotidie capiamus uberioris. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Septẽbres. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Bartholomeæ Scalæ. S.

Negocium nondum perfectum dicit.

SCripſi ad te breuius, ꝙ & ipſe velles, & mihi opus eẽt. Sed nõ multo poſt cum qd plus ocij nactus fuero, tibi ſimul mihiq́ faciã ſatis. De re vermia q̃d ſcire cupis, totũ eſt in expectatiõe. Amicus eñ ille, qui eo loci ipſe profectus eſt, nondũ redijt Mediolanũ. Aiunt tñ ad triduũ rediturũ. Cum primũ reuerterit, oĩa cognoſces. Tu interim vale, & nos ama. Ex Mediolano. iij. Nonas Octobres. M. cccc. lv.

¶ Fran. Philel. Stephano Cornelio regio Secretario.

Libros abſolutos eſſe dicit, ep̃l'as alijs reddendas mittit, ac de futuri tẽporis qualitate inquirit.

LIbelli tui iamprid ẽ ſunt abſoluti. Itaq́ eos habebis, cũ voles. Verũ ne diutius differas, moneo. Librarius enim leuiuſculus eſt, planeq́ moroſus. Cum hiſce ternas lr̃as ad te dedi, quarũ unæ Ioanni Coxæ reddendæ ſunt, idq́ ꝙprimũ, alteræ Guilielmo Franciȩ Cancellario, tertiæ Thomæ Græco Caroli regis medico. Nihil es mihi facturus hoc tẽpore gratius, ꝙ ſi operam dederis, ut hæ omnes literæ & ꝙcelerrime, & ꝙdiligentiſſime reddant̃. Si qd autẽ epiſtolarꝫ ad me dederis, cui commendes, etiã atq́ etiã cogita. Nolo eñ res meas diuulgari, hoc p̃ſertim tẽpore q̃d non oĩno caret ſuſpitione. Scire ex te cupio, quid futurũ putes, bellũ ne, an pacem. Hoc vero iccirco a me quærit̃, quoniã inſtitui in Hiſpaniã breui proficiſci ad Apoſtoli Iacobi templũ, voti ſoluendi gratia. Vale. Ex Mediolano, Idibus Nouembribus. M. cccc. lv.

¶ Fran. Philel. Guilielmo Vrſino Franciæ Cancellario. S.

Opera ſua mittit amico, a q̃ & lr̃as petit, & fauorẽ in tabellariũ.

CVm Manuel Iacob noſtri huius Principis noĩe ad Chriſtianiſſimum regẽ Carolũ iter faceret, idoneus nũcius viſus eſt, cui meos libros de exilio darem ad te dono. Nam iampridem ſum ex multis certior factus, te affici horum deſyderio. Eſt etiam cum his & longior

quædã ad regẽ aduerſus infideles ẽpiſtola, & carmẽ quoddam itẽ longiuſculum. Si tibi morẽ geſſero, res erit mihi pergrata. Abs te aũt duo ſunt, quæ petã. Vnum, ut tuas lr̃as ad me des, & quidẽ talis qualis maxime expecto. Alterũ, ut Manuelem hunc, quantũ ſcilicet ad expectationem eius attinet, ita tractes, ut intelligat meas ſibi cõmendationes fuiſſe non inutiles. Vale. Ex Mediolano. x. kalen. Decembres. M. cccc. lv.

¶ Fran. Philel. Thomæ Coronẽo phõ, ac medico. S.

Literas ſibi non eſſe redditas dicit.

NIcolaus Trachaniotes, & Alexander Cananus a vobis in Italiã redeuntes, cum Mediolanũ viſendi mei gr̃a diuertiſſent, me tuo noĩe mouerũt, dediſſe te lr̃as ad me, qbus fierẽ omni de re certior, quã mea intereſſe putauiſſes. Itaq; volui ne eſſes neſcius nullas mihi redditas eſſe tuas lr̃as. Quare ſi me amas, q̃d certo facis, facito, ut intelligã quid agendũ ſit. Vale. Ex Mediola. pridie kalen. Ianua. M. cccc. lv.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Andreæ Abbati. S.

Oſtendit amico q̃d ſperandũ, quidve vitandũ ſit.

e T ſi nudiuſquartus lr̃as dedi ad te alteras de re tua, tamen quia interdũ nuncij ſunt vel negligentes, vel tardiores, repetam paucis, quæ antea ſcripſerã. Negocium tuũ apud Principẽ, & forti, & firma, & tota acie ſum aggreſſus. Putoq; nobis ex ſentẽtia noſtra ſucceſſurũ. Tu autẽ iſtic cura, ut item lr̃æ apoſtolicæ eant ad Principem, & aliæ quoq; a Iacobo nr̃o Calcaterra diſertiſſimo iureſconſulto, & cum hiſce etiã tuæ ſubmiſſæ, ꝑhumanæ, & ſupplices. Quas oĩs mihi primo reddi volo, ne ſi forte alij fuerint redditæ, aut nihil referat̃ ad Principẽ, aut ſecus q̃ꝫ opus ſit. Dabiſq; operam, ne collati beneficij lr̃æ emanẽt in competitorẽ tuum. Hæc ſi feceris, te omĩ ſollicitudine, moleſtiaq; ſoluã. Rem paucis tenes. Vigila. Si Nicodemus Tranchedinus iſtuc aduenerit, eum velim meo noĩe horteris, ne literaꝝ mearũ, quas cupio a ſummo Pontifice confirmari, obliuiſcatur. Tuq; ſi opus fuerit, rem adiuua. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Februarias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perlẽoni. S.

Promittit officium ſuum.

FAciam q̃d petis, & libenter, & cito. Neq; erunt ullæ tantæ meæ occupatiões, qbus ab officio impediar. Tu interea tp̃is bono ſis aĩo. Et Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Gregorio Typherino. S.

Promittit pluribus verbis officiũ ſuum.

COmmẽdatio tua de Laurẽtio Veneto, erit mihi loco alieni conflati æris. Nã non aliter ei oĩbus in rebus ſum affuturus, ac ſi eẽt filius. Quod non ſolũ tua cauſa ſum facturus, id quod maximũ habet apud me pondus, verumetiã mea, qui maxĩo ſim abs te dono affe-

ctus,cum eũ mihi cõmendaris,qui dignus eſt,ut & diligat, & amet ab oĩbus. Itaq; noli de me quicq; dubitare. Nã nihil eſt q̃d malim, q̃ tibi morẽ gerere. Vale. Ex Mediolano.xi.Kalen.Martias.M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus Philel. Aenico Dauolo. S.

Gratum ſe eſſe dicit de beneficijs acceptis.

DE voluntate Alphonſi regis erga me,& de ſtudio diligẽtiaq; tua, non coniecturis, & argumẽtis firmiſſimis ſolum, ſed multis etiã beneficijs iampridem certior factus ſum. Itaq; tibi velim indubitato perſuadeas,nihil eſſe apud me antiquius gratitudine. Et ne longior ſim tecum q̃ par eſt,propediem, ut ſpero, obſequar volũtati conſilioq; tuo. Vale. Et maieſtati regiæ me q̃ diligentiſſime cõmenda. Ex Mediolano.xi.Kalen.Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Becchariæ. S.

Arguit quendam furti,& librum repetit.

MOnui te ante ſemel,& iterũ per lr̃as, ut Plutarchi paralella, quæ hinc abiens tecũ aſportaſti me inſcio,mihi curares reddenda denique. Tu vero neq; das codicẽ,neq; lr̃as. Itaq; non poſſum fidem boni viri non deſyderare in te. Non em̃ facis,ut te decet. Quid em̃ aliud fuit aſportare clam illiuſmodi mecum codicẽ me non modo ĩuito, ſed totius tuæ abitionis inſcio, q̃ vel rapere,vel furari? Quo em̃ debeo alio verbo uti,cum nihil oĩno reſpondes? Itaq; te etiam atq; etiam hortor,ac moneo,ne mihi moueas bilem. Sed cura,ut meus codex q̃primum ad me redeat. Vale. Ex Mediolano.xi.Kalen.Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Auguſtino Dato. S.

Silentium excuſat.

m Iror q̃d in cauſa ſit, q̃ ſæpe meis lr̃is prouocatus, nihil oĩno in hanc diem r̃nderis, cũ non tacendi a nobis,ſed dicendi artẽ didiceris. Nec em̃ puto te uſq; adeo occupationibus obrutũ, ut nihil oĩno tibi detur ocij ad officiũ. Quid abs te velim, & quid te deceat, non es neſcius. Vale. Ex Mediolano.xi.Kalen.Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Caſellæ. S.

Dotem filij petit ſibi impetrari a Principe.

NIſi tua mihi beniuolẽtia iampridẽ certiſſimis documẽtis perſpecta eſſet, uterer fortaſſis accuratiore oratione. Sed vix eſt quicq; magis alienũ ab amicitiæ diffidentia. Quare cum liquido intelligam te eſſe percupidũ meorum cõmodorum, in re præſertim & honeſta & pia, utar & breui tecum & aperta dictione. Permulta mihi incõmoda ſunt,ſed unũ ſane oĩm moleſtiſſimũ, q̃ grandiuſcula mihi eſt filia,& ea quidẽ moribus modeſtiſſimis. Vnde hanc tradam viro, mihi ſatis non eſt. Deſunt em̃ ad dotem aurei ducenti. Rogo te, id meo nomĩe nuncies duci Borſio, cumq; tua illa ſuaui eloquentia, qua duriſſimos etiã lapi-

des ſoles demollire, non ores modo, ſed exores, ne patiaṙ me diutius hu iuſmodi angi incõmodo. Haud eẽ dubito, qua facilitate ac munificen tia eſt nobiliſſimus iſte Princeps, non ĩuitus opem tempeſtiue feret huic tantę meæ neceſſitati. Tibi vero habeo gr̃as ĩmortalis. Tecum longior eſſe nolo. Nec eẽ oportet, cũ & natura ſis hũaniſſimus, & mei amãtiſſi mus. Vale Ex Mediolano. xi. Kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Pecunia ut ſibi ſoluatur petit.

DEdi literas heri ad te Pigello negociatori Coſmiano, q̃bus fiebas certior, nihil eſſe ſperandũ de exigenda pecunia, quã Petro Paulo illi tuo crediſiſſes. Pugnat eẽ cum inopia. Itaq; quo magis eget nũmis, eo verboꝝ plus habet. At ṽba emere, vendẽti verba non expe dit. Proinde ſi me amas, q̃d certe facis, cura ut ea mihi pecunia ſoluaṙ hic a Pigello, vel cũ aliquo meo detrimẽto, ut mẽſarioꝝ mos eſt, hoc eſt, ut iſtic noĩe meo plus des, et hic mihi reddaṙ minus. Nã malo hmõi ſubire detrimẽti genus, q̃ incõmodari diutius. Rẽ matura, & Vale. Illuſtrem meũ Mecœnatẽ Carolũ Gonçagã magno & excelſo anĩo virũ ſaluere plurimũ opto. Ex Mediolano. viij. Kalen. Martias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Caſellæ. S.

Promittit obſequium ſuum.

INtelligo indies magis id quod certe dubitaui nunq̃, me tibi eſſe cha riſſimũ. Itaq; tibi velim oĩno perſuadeas, cum eſſe Philelphum tuũ, quo de tibi poſſis oĩa polliceri, quæ vel grati animi ſunt, vel ingenui. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Martias. M. cccc. lvi.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phõ, medicoq;. S.

Literas annexas reddi petit amico.

REm mihi facturus es admodum gratã, in primiſq; periucundã, ſi literas hiſce tuis adnexas reddi curaueris Carolo Gonçagæ, & q̃ celerrime, & q̃ diligentiſſime. Quod ut facias te maiorẽ in modũ rogo. Præterea ſi quid noui habes de Turcis, rebuſq; orientalibus, fac ut ſciam. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Martias. M. cccc lvi.

¶ Franciſcus Philel. Franciſco Aleardo. S.

Arguit amicũ, q̃ libros non reddiderit.

g Albæ Otthoniſq; Cæſarũ vitas, q̃s e Græcis latinas reddiderã promiſiſti hinc abiens fore, ut añ mẽſem reddendas mihi cura res. At iam p̃teriјt totus annus, cũ neq; illæ, nec lr̃æ tuę ullæ uſq; apparent. Bonũ autẽ virum te, eundẽq; nobis amicũ eſſe arbitror. Itaq; nõ poſſum equidẽ nõ mirari, q̃d in cauſa fuerit, ut tãdiu & mihi, & ami cis pluribus, qui iſtiuſmodi vitas videre deſyderãt, & incõmodaris, & incõmodes. Niſi fortaſſis aliј quidã ſunt apud vos Veronẽſes, q̃ apud reliquã Italiã mẽſes, nã ſicut mẽſis apud Aegyptios anni loco ducebaṙ,

ita apud vos annus pro mēſe habeat̃, rediiſſe iam tandē ad me debuerant libelli mei, Vale. Ex Mediolano, Nonis Aprilibus. M.cccc.lvi.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Gratulatur amico, qui ex ægritudine conualuit, hortaturq́ ut curet valitudinē ſuam.

NOn prius mihi quicq́ de tua amiſſa valitudine eſt renunciatum, q́ de recuperata ex tuis literis intellexi. Nullis certe occupationibus meis eſſet ĩtermiſſa dulciſſima noſtra conſuetudo ſcribendi, ſi quid mihi antea fuiſſet de tua ægrotatione auditũ. Qua eſſe te liberatum, ita lætor, ita gaudeo, ut alia de re nulla magis poſſim. Reliquũ eſt, omnē curam, diligentiãq́ adhibeas, quo te poſſimus q́ diutiſſime frui. Quod ut facias te per amicitiã noſtram rogo etiã atq́ etiam. Ego carminũ opus hoc tēpore ſum editurus, id quod regis Francorum Caroli dicaui nomini. Tu velim literas meas tuis hiſce incluſas, q́ celerrime, & q́ accuratiſſime reddi cures Mecœnati meo Carolo Gongaçæ. Vale. Ex Mediolano, Idibus Aprilibus. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Façino Forobronunciano. S.

Cauſam ſilentii reddit, & aliqua ſibi exſcribi petit.

QVod poſteaq́ aſparagos ad me dederas, nihil ad te ſcripſerim, aliud q̄d putas fuiſſe in cauſa, q́ expectaſſe me, ut q̄d lautiſſime cœperas, ſecundares. Id quoniã iam plane aĩaduerto nequaq́ abs te factũ iri, cogitaui excitandũ te eſſe, ut ſi vel hac via munificentior reddi poſſes. Sed interea loci maiorē in modũ a te peto, ut Spartiani, ac reliquorꝫ ſcriptorũ, quos iſtic eſſe audio, vitas imperatorias mihi oĩno exſcribi cures. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Iunias. M. cccc. lvi.

¶ Fran. Philel. Petro Thomaſio phō, ac medico. S.

Accuſat quendam, ꝙ rem interuerterit.

Item de Turco mentionem facit.

AMicus ille tuus nec orationē mihi tuã oñdit, nec ep̄l'am, iccirco ut arbitror, ꝙ oĩa verterit in ſuũ uſum. Ita eſt em̄ mos hoĩs, quippe qui diſertus haberi cupiens, alienis ſe veſtibus non ĩuitus ornat, graculũ ſcilicet imitatus, quē aquilę pēnis qñq́ indutũ fabulant̃. Quare cũ tua legi vis, tibi poſthac prudētius conſule. Non em̄ recte cibus eſurienti cõmittit̃. Quid apud vos noui ferat̃ de Turco Mahometo, deſydero audire, ociat̃ ne, an negociat̃, & ubi ſit gentiũ, nã certi nihil ad nos refert̃, quanq́ ſunt qui cũ in Triballos cũ maxĩo robuſtiſſimoq́ exercitu, ad q̄ngenta hoĩm millia, ꝓceſſiſſe affirmēt, aduerſus Spendorobũ, q̄d eſt munitiſſimũ oppidũ ad Danubiũ poſitũ e regione Hungariæ. Nos dormĩus, at Turci vigilãt. Vale. Ex Medio. Nonis Iuniis. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Porcellio. S.

Commodata repetit.

VErborũ exercitatio peritiſſimoqꝫ artifici ꝟbis opus non eſt, præ-ſertim ei qui non latinã ſolũ, ſed etiã græcã ſapit calliditatẽ. Itaqꝫ rogo te, ut libentiſſime tibi cõmodata fide bona, reſtituas. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. iiij. Kalen. Decembres. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Doctrinã cum bonitate coniunctã eſſe debere.

E Mantuano epiſcopo quæ ſcripſiſti, legi perlibenter, & ſi nihil d certi ꝑcaſti. Audio iſtum antiſtitẽ & doctũ eſſe, & bonũ virum. Equidẽ neqꝫ bonitatẽ cuiuſqꝫ facio multi, ubi is caret doctrina, neqꝫ doctrinã in præcio eſſe habendã reor, q̃ bonitate ſit nuda. Tu ſatis potes aĩaduertere q̃ mea ſit mẽs, quæ volũtas. Itaqꝫ etiã atqꝫ etiã caue, ne qd agas temere. Odorare oĩa diligenter, nec ſinas te falli. Satis es ad-monitus. Vale. Ex Mediolano, kalen. Decẽbribus. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Cunij comiti. S.

Amicum orat, ut filio bene conſulat.

XEnophon filius cupit ꝑegrinari, id q̃d ei fauſtũ, fortunatũqꝫ ſit, vehemẽter opto. Rẽ mihi feceris gratiſſimã, ſi quo tp̃e Mantuæ fueris, inquires oĩa diligẽter, ut intelligas quo iter incedit. Eumqꝫ accerſias ad te perſæpe, ac moneas, quæ ei conductura exiſtimaueris. Nam neſcio quo natus aſtro, quædã appetit ſupra vires. Cõpeſcendus eſt eius impetus, ne ſeſe præcipitẽ dedat. Probo eſt ingenio, & cõpoſitis moribus, ſed quiddam habet neſcio quid, longe ſe altius. Tenes quid velim. Vale. Ex Mediolano, Kalen. Decẽbribus. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Librarium ad ſe mitti iubet.

SVperioribus diebus Bartholomęo Platynẽſi Mantuã repetenti lr̃as ad te dedi, q̃bus ad ea oĩa reſpondi, quæ ternis antea lr̃is mihi ſcri-pſeras. Nunc aliud nihil erat, q̃d ſcribendũ eſſe oporteret, niſi ut Pa-tauinũ librariũ ire ad me cures, quẽ tractabo non humaniter ſolũ, verũ etiã liberaliter, ſiquidẽ talem experiar, qualẽ prædicas. Tuã iſtic morã non poſſem non probare, ſi q̃d certi audirẽ tibi conſtitutũ. Nam ſpem præcio emere ſtultum eſt. Tu tamẽ facito, ne q̃s te leuitatis accuſare iure queat. Vale. Ex Mediola. iiij. Nonas Decembres. M. cccc. lvi.

¶ Fran. Philel. Blaſio Ghiglino Abbati diui Ambroſij. S.

Minatur cuidam, niſi libros reddat.

AButeris Blaſi Ghigline facilitate modeſtiaqꝫ mea. Et facis tu quidem mĩme liberaliter, qui & orationes meas, & libellum, quẽ de vita & moribus illius ſanctiſſimi patris, ac ſapientiſſimi viri, pi-entiſſimiqꝫ Pontificis Nicolai quinti nuper ſcripſerã, repetenti mihi tam ſæpe reddere vel neglexeris, vel nolueris. Itaqꝫ dico tibi, niſi ante Chri-ſtianã reſurrectionẽ hęc oĩa mihi reſtitueris, oĩno fore, ut facilitatis poſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0116-5

meæ & uſitatæ nimis in te modeſtiæ ita oblitũ ſentias, ut neq; me unq;
velis, nec aliũ quenq; fallere. Nam dabo operã, ut de laudatiſſima tua
iſta conſuetudine, moribusq; grauiſſimis, nulla unq; ætas, nulli populi
conticeſcant. Vale. Ex Mediolano. ix. kalen. Martias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Otthoni Carreto iure conſulto. S.

Literas alteri reddendas mittit.

q Vi diui Ambroſij monaſterio Mediolani abbas præeſt, quæ-
dam opuſcula mea iampridem accepit cõmodato. Hæc dum re-
peto, dat homo ſimplex ac mĩme verſutus verba ſemper. Itaq;
inſtitui bello rem decernere, poſteaq̃ iure non licet. Sed anteaq̃ in aciem
deſcendo dimicaturus, duxi hominẽ admonendum. Quare te rogo, ut
meas literas, quas hiſce occluſas, ei reddendas cures, meq; facias q̃ pri-
mum certiorẽ, malit ne omĩno inſanire, an aliquando reſipiſcere. Nam
niſi Blaſius Ghiglinus ſatiſfecerit propediem ſuo muneri, ego utar meo.
Vale. Ex Mediolano. ix. Kalen Martias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Filium admonet, ut ſibi caueat.

ACcepi tuas lr̃as ex Venetijs, quas tuus ille familiaris Veronenſis
mihi reddidit. Laudo tuã iſtuc profectionẽ, modo ſalutis habeas
rationẽ. Audio em̃ iſtic laborari peſtilentia. Itaq; ratio tibi hñda
eſt valitudinis. Et vetus mihi eſt, & ſumma amicitia cũ viro clariſſimo
Bernardo Iuſtiniano, Leonardi filio, cui te debes familiarẽ redder̃. is em̃
tibi non parũ prodeſſe poterit, id q̃d vel ſuo ĩgenio, vel mea cauſa non
inuitus faciet. Marcheſiũ noſtrũ bene valere cupio. Angela ſoror tua ad
Chriſtianã reſurrectionẽ tradetur viro, cui deſponſata iam eſt. Saluere
plurimũ cupio, atq; opto Phœbũ Capellam cancellariũ, qui facito, ne te
ignoret. Eſt em̃ et honeſtus vir, & mihi amicus in primis, Itaq; tibi auxi
lio erit maxĩe. Vale. Ex Mediolano. v. kalen. Apriles. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Paulo Cuſano. S.

Rñdet illi, qui eũ laudauerat, & orõnes petierat.

DElector ingenio, modeſtiaq; tua, qua in ſcribendo uteris. Facile
em̃ futurũ ſpero, ut expectationi pr̃is tui viri grauiſſimi reſponde
as, quippe qui in virũ ſis probũ, perdoctũq; euaſurus. Q̃ aũt me
tantopere laudaris binis iam literis tuis, id non tam vero, q̃ abundãtia
quadã amoris erga te mei factum intelligo. Itaq; habeo tibi non medio
cres grãs. Orõnes meæ, quas petis plures, apud me nõ ſunt. Hoſpitan-
tur em̃ apud amicos, aliæ apud alios. Cũ primũ domũ reuerterint, da-
bo operam ad te veniant. Quæ aũt domi erant, miſi tibi. Si quid eſt in
me aliud, quo tuæ volũtati gratificaturus ſim, id tibi pro voluntate ad-
eſſe arbitrare. Vale Ex Mediolano. viij. Kalen. Apriles. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni medici. S.

Carmina mittit.

Vos reconciliata inter nos grã carminũ libros ultro dare ad te
q inſtituerã, dedi etiã eos libentius acceptis lrĩs tuis, q̃bus ſignifi-
cabas tibi mea ſcripta eſſe non iniucunda. Nec volo exiſtimes
hucuſq; nr̃a munuſcula calcẽ ſiſtere. Nã propediẽ alia ſubnectã. Interim
ita me dilige, ut intelligã meã reconciliatã beniuolentiã tibi eſſe non in-
gratã. Vale. Ex Mediolano xiij. Kalen. Maias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Petro medici. S.

Hippocratis libros mittit.

DVos Hippocratis libros, alterum de flatibus, alterum de paſſioni-
bus corporis, quos iampridẽ e græco vertimus in latinum, iccir-
co dedi ad te, ut vł curares, vel tuereris valitudinẽ tuã. Nam pro
reconciliata inter nos gratia te non mediocriter diligo, id quod ſane fa-
cit, ut tibi cupiam eſſe q̃optime. Lege igitur hoſce libros, & eorũ præce-
ptis utere. Quod ſi feceris, ſicuti pro tua prudentia facturũ te certe ſcio,
non dubito fore, ut indies melius conualeſcas. Fuit em̃ Hippocrates vir
profecto non modo doctus, & eruditus egregie, ſed quod eruditionis
eſt propriũ, prudentiſſimus, & idem ſi quid ad rem valet, eloquentiſſi-
mus. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalen. Iunias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Canali patricio Veneto. S.

Certior fieri cupit.

Vid abs te velim, & cuius gratia, ex his intelliges, quæ poſt has
q literas, vel potius in his literis ſcripta intelliges. Feceris autem
mihi rem admodum gratã, te autem non indignã, ſi me q̃pri-
mum feceris de his oĩbus certiorem, quæ ad te ſcripſi. Quod ut facias, te
etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalẽ. Iunias. M. cccc lvij.

¶ Franciſcus Philel. Gabrieli theologo. S.

Arguit vituperantem ſe.

Rater Robertus conterraneus iſte tuus, ſi nulla prouocatus in-
f iuria vel amicum vituperat, quid faciat inimico? Agit autem
neq; pro iuſticia, neq; pro ſua profeſſione. Vale. Mediolani ex
ædibus noſtris. xiij. Kalen. Iulias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Gabrieli theologo. S.

Detractores carpit.

QVod frater Roberthus tam ſancte, tamq; perhumaniter ſeſe pur-
garit, non poſſum equidem non lætari. Nam quẽ nulla ipſe pro-
uocaſſem iniuria, non potuiſſem fortaſſis æquo animo conuiti-
um ferre, nulli præſertim culpæ obnoxius. Pereant igitur qui maledicta
falſo renunciant, ut ſunt homines maledici, ac perfidi. Vale. Mediolani
ex ædibus noſtris. xiij. Kalen. Iulias. M. cccc. lvij.

¶ Fran. Philel. Bartholomæo Ricinatẽſi regio ſecretario, atq; oratori. S.

Operam petit amici.

v Tor te ſemp̱, ut vides, familiariter. Quod eo facio libentius, quo ſcio hm̃oi prouinciā, ut es anĩo perhumano, atq; liberali, tibi eſſe non ingratā. Itaq; facito, ut ſoles, oĩa mea cauſa diligenter. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Septembres. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino, S.

Viciſſitudinem excitat literarum.

NEſcio uter noſtrum magis ſit accuſandus quotidiani ſilentij. Nec dubito fore, ut me malis, q̃ ipſum te huiuſmodi culpæ obnoxium exiſtimari, q̃uis etiam noris ea te non vacare. Vtcunq; res tamen habet, iccirco ad te prior ſcripſi, ne poſthac ita ſilētium adames, ut priſtinæ tuæ facundiæ bellum indixiſſe iudiceris. Interim me velim facias certiorem, & q̃ belle vales, & q̃ noſtri memoriā præ te fers. Ego enim & valitudine utor proſpera, & benignitate Principis non alacri minus, q̃ larga. Reliqua etiam apud me læta ſunt. Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Octobres. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Marioto Tertino. S.

Literas petit amici, & ſuos illi ſucceſſus indicat.

q Vam tempoꝝ iniquitas non amãdi quidē, ſed ſcribendi fecit intercapedinē, eam tandē iucundior hæc dies e medio nobis tolleret, ita ut vel ad mutui amoris cumulū non mediocris facta videatur acceſſio. Nam quãdo mutui conſpectus nondum facultas datur, mirū me deſyderiū tenet tuaꝝ lr̃arum. Quanq̃ em̃ de te quotidie ꝑcunctanti mihi grati nuncij afferunt, multa tñ gratiora futura ſint, quæ ex tuis lr̃is quaſi ex teipſo cognoro. Itaq; ſi me amas, ut ſoles, id q̃d certe facis, da operā, ut q̃primū te de omni tuo ſtatu loquentē audiā. Q, ſi de meis rebus certior fieri ex me vis, ego cū uniuerſa familia bene valeo, & eo mecū ſe gerit fortuna, quā vocant, humanius ac lætius, quo huic optimo munificētiſſimoq; Principi & charus ſum, & admodū iucundus. Vnde etiā fit, ut annoꝝ acceſſio me ſeneſcere nullo pacto patiatur. Nam & in cute, & intus viridior ſum, q̃ dudū, cum iſtic agerē iuuenis. Vale, & Franciſcum Beninū compatrē meis verbis ſaluere plurimum iube. Ex Mediolano. iiij. kalen. Nouembres. M. cccc. lvij.

¶ Fran. Philel. Gregorio Arrigo iureſconſulto. S.

Orat amicum, ut inquirat de libris.

FAcit vetus ac ſumma amicitia illa noſtra, quā abusq; prope adoleſcentia coniunctiſſime olim viximus, ut exiſtimem te omnia mea cauſa facturū. Audiui Ioannē Petrum Lucenſem, quo auditore primum cum Florentiæ oratoriā philoſophiamq; docerē, deinde amiciſſimo ſemp̱ vel abſente ſum uſus, ꝓxima ætate diem obijſſe, id quo certe, ut debui, tuli moleſtiſſime. Cupio fieri ex te certior, & quos libros re-

liquerit, & qua conditione, hoc eſt venales ne ſint. Emerem em̄ aut oīs, aut pleroſq;, præſertim græcos, ſi qui ſcilicet digni ſunt lectione noſtra. Fac igitur ſi me amas, ut hanc rem & q̃primū, & q̃diligentiſſime intelligam, hoc erit mihi tam gratum, q̃ quod maxime. Ornatiſſimū equitemauratū Petrum Nucetanū nomine meo salute plurima impertias, velim. Vale. Ex Mediolano. xij. Kalen. Decembres. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Gaudet triſtem nunciū in lætiorem cōmutatum.

Item monet ut quēdam hortetur, & excitet.

LIteræ tuæ fuerūt mihi iucundiſſimæ, cū tua cauſa, quē intellexerim bene valere cū uniuerſa familia, tum etiā ob Franciſcū patriciū, quē e mortuo viuū factum acceperim. Triſtis em̄ de homīe amiciſſimo nuncius platus ad nos fuerat, cū eſſet qui aſſereret vel ſe p̄ſente ſupplicium eſſe de eo ſumptū. Itaq; indoluerā eius vicē, atq; oēm popularē ſtatum, qui ſine ſeditiōe eſſe vix unq̃ conſueuit, vehemētiſſime execrabar. Quanq̃ Franciſco familiari nr̄o nihil magis arbitror obfuiſſe, q̃ inuidiam, qua viri & præſtātes nunq̃ caruerūt. Lætor igit̄ plurimū, ꝙ præter opinionē ac luctū nobis acciderit. Tibiq; habeo ingētes gratias, ꝙ iſtius dignitati ſtudeas. Id q̄d ut aſſidue facias, te etiā atq; etiā maiorem in modū rogo. Quod v̄o de re altera cōſiliū cœperis, probo & gaudeo. Miror aūt quid viro illi in mentē venerit, ut cū iam ad calcem puenerit, a decurſo iam olympiæ ſpacio auertatur, atq; victoriæ palmā renuat. Num forſan cū ætate animi quoq; vigor conſenuit? Verū tu hebeſcenti iam ſanguini flāmas adijce rōnis. Concaleſcet fortaſſe, prioreq; vim accenſus reſumet. Nos oēs valemus recte. Vale etiā tu, atq; tui oēs, vel noſtri potius. Patriciūq; hortare, ut forti aīo, ingentiq; ſit, memineritq; ſapienti nihil obeſſe poſſe, & fortunā omnē vel minima virtute eſſe inferiorē. Vale. Ex Mediolano, Kalen. Ianuarias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Gratulatur amico de proſpero ſucceſſu.

Deinde monet inuidentiā eſſe contēnendam.

QVod ad Venetos te receperis, viros plane optimatis, non ſolum probo, ſed etiā lætor. Facile em̄ futurū ſpero, ut doctrinæ, virtutiq; tuæ paria p̄mia referant, idq; propediē. Hi em̄ ſunt Veneti, ut nunq̃ ſe beneficio vinci paciant̄, ſed officiū ſemp̱ officio cumulent, & maxīopere promereri ſtudeant. Gratulor igitur fœlicitati tuæ, qui in eo ſis loco tandē collocatus, ubi & emolumēta ſis non vulgaria, & laudē itē maximā breui aſſecuturus. Inſtitue igitur (ut cœpiſti) patricios iſtos adoleſcētes non morū minus, q̃ doctrinæ eloquētiæq; præſtantia. Fœcunda nactus es, feraciſſimaq; ingenia, quæ quod laudis ſemen acceperint, ad maturā frugem miro incremēto ſint productura. Vnde etiā tu

hac tanq̃ diligentiſſimus quidã, fortunatiſſimusq̃ excultor, cum uberrimos percipies fructus, tum me ingenti afficies uoluptate, qui tuã laudem omnẽ permagnæ mihi laudi eſſe duco. Nam quod ais de inſectatione inuidẽtium, id tibi quoq̃ iucundũ eſſe oportet, cum intelligas excellentiã omnẽ inuidiæ eſſe uelut obnoxiam. Nam quid malis? utrum excellere, an excellentiam pati? Itaq̃ anĩo conſtanti excelſoq̃ ſis. Tibiq̃ perſuade, obnixeq̃ tuere, omnia eſſe uirtute inferiora, cui quo magis inuidet̃, eo ſe magis cum gloria addit comitẽ. Quin tibi opera danda eſt, ita eruditiõe, & dicendi elegãtia ſplendoreq̃ augeſcas, ut tibi nemo propter aſſequẽdi deſperationẽ inuidere audeat. Paribus eñ aut aliquãto ſuperioribus inuidet̃, præſtantiæ autẽ nimietas hoc morbo uacat. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Ianuarias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Curare rem ſuam petit.

REm mihi facies nõ minus gratã, q̃ neceſſariã, ſi q̃d diebus pximis ad te ſcripſi, & q̃primũ, & ex ſnĩa mea curaueris. Scio quantũ prudentia uales, quãtum etiã gratia. Itaq̃ nihil dubito propediẽ fore, ut conficiat̃ quod cupimus, modo aduigilare uolueris. Tuo aũt erga me anĩo certius habeo nihil. Matura igitur, ſi me amas, & q̃d uolumus effice. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Ianuarias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Filio peregrinari uolenti conſilia dat.

QVod Vlyſſem imitari inſtitueris, non uitupero, modo non naufragus, ſed prudentior ad nos redeas. Præterea uix ullos ſapientia claros legimus, qui Vlyſſis quodã modo æmuli nõ fuerint, hoc eſt qui ad ſapientiã uendicandã non uarias ac diuerſas orbis terrarum regiones inuiſere ſtuduerint. Vtere ſemper rõne atq̃ uirtute duce, quod ſi feceris facile ſpero oĩa tibi ſecunda fore. Da q̃ ſæpiſſime ad nos lr̃as, qbus certior fiam de oĩ tua fortuna, quã tibi fautricẽ ac benignã futurã opto. & eam quidẽ fortunã, quæ dei uoluntate definit̃, non hominũ ſtulticia. Cura etiã libros q̃plurimos, & q̃ optimos tibi cõpares. qua una ſupellectili nullã ſis pulchriorẽ habiturus, nullã utiliorẽ. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalen. Februarias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Animũ ſuum per alium aperit.

PEtrus Perleo tibi quædam nomine meo exponet. Quæ quidem ipſa ex animi mei ſententia manant omnia. Itaq̃ ut quæ petierit facias, magnopere abs te peto. Vale. Ex Mediolano. viij. Kalendas Martias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Antonio Panhormitæ. S.

Commendaticiæ literæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0121-2

q Vi tibi reddidit lr̃as meas, eſt mihi vetere familiaritate beniuolentiaq; coniūctus. Hunc tibi unice cōmendatum volo, quippe qui & doctus eſt, & modeſtiſſimus plane vir, amicitiaq; tua minime indignus. Vale. Ex Mediola. pridie Kalen. Martias. M.cccc.lviij.

¶ Franciſcus Philel. Albertho Parrhiſio. S.

Hortatur quendam, ut libros reddat.

QVæ amicis cōmunia eſſe debent, ea quenq; iuri ſuo aſſcribere, ut nihil habeat cū amico cōe, non iniuſtū duci non poteſt. At vitas Galbæ & Othonis, quas e Græco traduxerā, & tibi poſcenti cōmodarā in mēſem, iam annū ita poſſides, ut quid æquitas, quid officium poſtulet oīno videaris oblitus. Itaq; rogo te, ut memineris eas ad te iſſe cōmodato, non dono. Proinde facies, ut te decet, ſi curaueris, ut iam tandē ad nos redeant. Alberthū meum Zancariū Enochi filiū bene valere opto. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus Martias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Actiolo. S.

Hortatur amicū, ut meminerit promiſſorū.

MVlta hinc abiens mihi es pollicitus, quorum in hanc diem affeciſti nihil. Itaq; tui eſſe muneris arbitror, ut pro mutua aīorum inter nos charitate aliquid tandem facere incipias. Illudq; in primis, quod a patre tuo viro chariſſimo tantopere petierā. Quā vereor, ne recentis aliquos amores ad priſtinos addideris, quibus impeditus animus, neq; noſtri, neq; ſui reminiſcat. Q; ſi memoriæ volueris repetere meum in te officium, non modo noſtri nō obliuiſcaris, ſed potius q̄primum æs mecum tibi conflatum, diſſoluere incipias. Noſti quid velim. Vale. Ex Mediolano, Nonis Maijs. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Literas petit.

QVid tibi impedimēto fuerit, quo minus ad meas mihi proxīas literas reſponderis, neſcio, niſi fortaſſis reditus obfuerit a Florentia ad Senenſes tuos. Fac igitur, ut q̄primū tuæ mihi literæ reddantur, quæ me faciant omni de re certiorem, quā noſtra putaris intereſſe, in primisq;, reddideris ne meum proximum carmen Argyropolo noſtro. Nolo obſecro pati, diutius expectem optatiſſimā epiſtolam tuam. Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Iunias. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Angelo Actiolo equiti aurato. S.

Promiſſa ut re comprobentur, orat.

ET quid ipſe maxime omniū cupiam, & quantum liceat tibi in tua repub. cum antea ſemp, tum hoc potiſſimū tempore non ſum neſcius. Quare te plurimū rogo, atq; oro, ut quod mihi corā verbo aliquādo receperis te opportune curaturū, id in præſentia certa re comprobes. Hoc erit mihi adeo gratum, ut gratius aliud facere nihil poſſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0122-8

Vale. Ex Mediolano. xi. Kalen. Septembres. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Petit ut aliquid tpis amicitiæ officio det.

DElicatior factus es, qui nihil rñdeas. Nolo em̄ ſupbiæ crimē tibi
homini amiciſſimo obijcere, quod his ſolemus, qui ſæpius lite=
ris inuitati nihil reſpondere conſuerūt. Scio ſane te eſſe occupatiſ=
ſimū, his p̄ſertim tēporibus. Sed erit humanitatis tuæ, ut tēporis aliqd
ſurripias tantillū, qđ amicitiæ cōdones officio. Ego inſtitui ad Piū Pon
tificē ſalutatū accedere. Itaq; rogo te oī ope, operaq; cures, ut iſtac mihi
liceat iter facere. Quid opus ſit, noſti. Vale, & quid de nr̄o patricio factū
ſit, cura ut ſciā. Ex Mediolano. xi. Kalen. Octobres. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus Philel. Nicolao Tranchedino. S.

Excuſat tarditatē literarꝝ, q̄ non ſit arbitrij ſui.

Vod tardiores ierint meæ ad te lr̄æ, id cauſæ fuit, q̄ expectabā
q mihi facultatē fieri per Principē noſtrū faciundi itinerꝭ. Non em̄
viuimus nr̄o, ſed alieno arbitrio. Et iuſtus Princeps ꝓ iuſta lege
ducēdus eſt. At viri oēs boni ſubiecti ſunt legibus. Iccirco Socrates cum
poſſet, noluit e carcere ſe in libertatē vendicare. Breui igit̄ hinc concedā
Lucā. Ibiq; tādiu expectabo, donec mihi fiat, q̄d amici noīe ꝑcaſti. Nam
eius mihi fide eſſe tutius nihil pōt. At ſe ſecurius quidē. Erunt etiā mecū
filij duo, Marius, ac Xenophon. Cū una erimus, cætera īter nos cōmen
tabimur. Vale. Ex Mediolano. ix. Kalen. Decēbres. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus Philel. Thomæ Senecæ. S.

Maturari petit operam amici.

BErtolla noſter, qui ad te venit, faciet de oī ſtatu meo te cumulatiſſi
me certiorē. Qua vero in re tua mihi opa opus ſit, ex eodē cognoſces
Itaq; tuū eſt id pr̄ſtare, ne fruſtra hoc itineris ab eo ſuſceptū videri
poſſit. Non em̄ ſum neſcius, & quantū poſſis auctoritate, et gr̄a, & quā
tum etiā mea cauſa velle debeas. Sed rudis plane ac dicēdus ſum, & iu=
dicādus, q ita ad te ſcribā, quaſi videar de ſingulari tua, ꝓſpectaq; chari
tate dubitare. q̄re nihil aliud abs te peto, niſi ut cures, ne iſtic diutius Ber
tolla nr̄ expectet. Vale. Ex Mediola. iiij. Nonas Decēb. M. cccc. lviij.

¶ Fran. Philel. Ciccho Calabro ducali Secretario. S.

Laudat quendā fidei in Principē.

Edi ad te nudiuſtertius lr̄as ex Arimino, q̄bus certior factus eēs
d de his quæ tēpus obtulerat. Heſterno veſperi cum ad forū Sem
proniū veniſſem, offendi Iacobum Peruſinū cognomēto Pici=
num, corpore ſane Tydeum, ſed animi robore ac prudētia Alcidē ali=
quē. Hic mihi viſus eſt tanta eſſe in Principē noſtrum & fide, & pietate,
ut dignus ſane ſit, quē Sphortiani oēs mirifice diligamus, amemusq;.
Singularem is mihi beniuolentiā oſtendit, omiſitq; nihil, quod vel hu=

manitatis, vel benignitatis officiũ ſaperet. Spero hunc Principi noſtro maxĩe aliquãdo voluptati fore, & fortaſſis etiã uſui. Cum hęc ad te ſcripſi, erã hinc continuo abiturus, quippe qui audirem Pontificẽ Pium ex urbe Roma iam deceſſiſſe, peteretqꝫ Peruſiam. Tu me interim ama, ut ſoles. Vale. Ex foro Sempronio. vĳ. Idus Ianuarias. M. cccc. lix.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Lucenſi apſ̃ico Secretario. S.

Diligentiſſime quẽdam amico cõmendat.

Itẽ excuſat ſe, ꝙ ad ſummũ Pontificẽ non ſcripſerit.

FRanciſcus Foſſatus vir nobilis & humanus, idẽqꝫ ſplendidiſſimus eques auratus eſt mecũ ſumma familiaritate coniũctus, hunc ego tibi pro noſtra ſingulari beniuolentia maiorẽ in modum cõmendo. Facies tu mihi ſane rem admodũ gratã, ſi curaueris, Franciſcus meus intelligat meas apud te cõmendatiões ſibi fuiſſe non mediocri adiumẽto. Quod ut facias, tanto ſtudio abs te peto, ut maiore aliud nihil poſſim. Scio te oĩa cupere mea cauſa, nihilqꝫ omiſſurũ, quod huic viro vel ad rem, vel ad dignitatẽ profuturũ intelligas. Quare ne tuæ permultæ, ac maxĩæ occupationes tibi ĩpedimẽto ſint, quo tardius quod facto opus fuerit, effectũ reddas, te etiã atqꝫ etiã rogo. Vale, & me ſanctiſſimo dño noſtro q̃d ligẽtiſſime cõmenda. Cui ꝙ nihil adhuc obſtrepuerim poſt reditũ meũ ab urbe Roma, tertiana febris fuit in cauſa, qua quoniã diuina benignitate iã ſum plane liberatus, q̃d prætermiſſum eſt, propediẽ reſartiam. Gregoriũ Senenſem iureconſultũ collegam tuũ bene valere plurimũ opto. Vale iterũ. Ex Mediolano. xi. kalen. Iunias. M. cccc. lix.

¶ Franciſcus Philel. Amareto Mannello. S.

Munera optat comitatu venire literarum.

BIs deinceps poſteaqꝫ tertiana febre ſum liberatus, tui ad me ierunt pulcherrimi aſparagi, quibus & ſi delectatus ſum plurimũ, quoniam ab homine amiciſſimo miſſi eſſent, longe me tamẽ magis magiſqꝫ delectaſſent, ſi literarum tuarũ ſuauiſſimo comitatu uti voluiſſent. Id quod non præſtitiſſe te, niſi mihi memoriæ occurrerent occupationes tuæ, cum priuatæ, tum publicæ, æquo anĩo haud ferrem. Erit tamẽ humanitatis tuæ, ſi cum quid ocĳ nactus fueris, aliquid mihi ſcripſeris. Vale. Ex Mediolano. vĳ. Kalen Iunias. M. cccc. lix.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Docet q̃bus artibus inſtitui q̃s debeat futurus medicus.

q Vod tibi anteaqꝫ iſtuc eſſes, ꝑfecturus, conſiliũ dedi, idqꝫ ut faceres iuſſi, idẽ reperã per lr̃as. Inſtituiſti medicinæ operã dare, q̃d eius rei nõ modo non reprehendo, ſed vehemẽter laudo. Quãdoquidẽ & medicina poſt magicã atqꝫ poeticã eſt oĩm laudatiſſimarũ artiũ vetuſtiſſima, eaqꝫ humano gñi admodũ neceſſaria, & tu ad iſtiuſmodi ſcientiã videris natura inclinatus. Vnũ autẽ moneo ac volo, ne

te añ ad medicinæ ſtudiũ conferas, ꝙ̃ dialecticen ac phyſicen oẽm, itẽq; mathematicas diſciplinas ꝙ̃ diligẽtiſſime didiceris. Quibus quidẽ ipſis in ſtudijs, qbus p̃ceptoribus uti debeas, id quod te etiam corã monui, conſule hoiem mihi amiciſſimũ, eruditiſſimũq; philoſophum ac medicum Ioannẽ Marlianũ, quo etiã aliquãdo doctore uſurus es. Noui eñ hoĩm conſuetudinẽ in iſtiuſmodi ſcholis, quãta circũcurſatio ſit, quãtæ amicorũ præces ad auditores alliciendos. Itaq; volo te non beniuolis hac in re, ſed tibi ipſi mihiq; inſeruire. Paucis tenes ſententiã meam. De re pecuniaria ita curabo, ſi ĩtellexero te a monitis, iuſſisq; paternis nuſq̃ receſſiſſe. Vale. Ex Mediolano. viij. Idus Iunias. M. cccc. lix.

¶ Fran. Philel. Gregorio Lollio iurecõſulto, & ap̃lico Secretario. S.
Filium amico commendat.

QVanq; ſciebam vel nulla mea cõmendatione, meos oĩs eſſe tibi cõmendatiſſimos, tñ ut Marij filij honeſtiſſimæ volũtati morẽ gererẽ, ita cũ tibi cõmendo, ut ne meqdem ip̃m, neq; diligẽtius, nec ex a nĩo magis poſſim. Qd' eo facio libẽtius, qa tibi audeo affirmare talẽ eſſe Marium, quẽ tua ſingulari beniuolentia dignũ ſis iudicaturus. Cætera tu ex ipſo cognoſces. Ego non deſino expectare, q̃d ad me propediẽ te p̃ſcripturũ affirmabas. Id autẽ in hanc diẽ non feciſſe te plurimũ miror. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. lix.

¶ Franciſcus Philel. Beſſarioni Cardinali Nicæno. S.
Filium cõmendari orat.

CVm Ioannes Marius filius Mantuã peteret, Pij Pontificis maximi & ſalutandi, & adorandi gratia, iuſſi, ut omniũ primũ tuam amplitudinẽ adierit, cui mentẽ ſuam omnẽ animumq; exponẽret. Itaq; rogo te, ut oĩbus in rebus ita eum cõmendatũ habeas, ut illos ſoles, quos vel ipſos, vel ipſis natos chariſſimos habes. Hac una re mihi vix quicq; gratius potes facere hoc tempore. Vale pater clementiſſime. Ex Mediolano. vi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. lix.

¶ Fran. Philel. Agapeto Romano iurecõſulto, & ap̃lico referẽdario. S.
Filio ut adſit amicus, optat.

VEnit iſtuc Marius filius iuuenis, ut videre poteris, & modeſtus, & doctus. Cauſam acceſſionis ſuæ ipſe tibi coram declarabit. Quibuſcunq; in rebus poteris, te rogo, ita ei adſis, ut me tuis his velles, quos maxime diligis, habesq; chariſſimos. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalen. Ianuarias. M. cccc. lix.

¶ Fran. Philel. Nicolao Canali iureconſulto, & eqti aurato. S.
Literas ad ſe ait non eſſe perlatas.

q Vi tabellarius diebus ſup̃ioribus meas lr̃as tibi reddidit, ac itẽ has tibi eſt redditurus, renunciauit mihi iccirco te ſibi nullã dediſſe ad me epiſtolã, quoniã eam alteri, neſcio cui, antea cõmen-

daſſes.Ego autē quod ſcripſeris,neſcio. Vnū ſcio, me vehemēter cupere tuas literas,quippe qui nullas acceperim.Quare ſi meo in præſentia deſyderio morem geſſeris , habeo tibi non mediocres gratias. Vale. Ex Mediolano.v.Idus Ianuarias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Theodoro Gaçæ. S.

Problemata Ariſtotelis trāſlata mitti ſibi petit.

NOn mediocri afficior deſyderio audiendi tui,poſteaq̄ viſendi facultas eſt intercepta.Itaq; facis tu quidē iniuriā , qui totiens græce ſuperiore tempore prouocatus a me literis , nunq̄ reſponderis,nedum verſu,ſed ne proſa quidē,cum in utroq; dictionis genere excellentiſſimus ſis.Idem autē nunc ut latine facias,rogo.Sunt hic nōnulli perdocti in philoſophia viri,ac ijdem medici, qui quoniā græce neſciunt,videre cupiunt, lectitareq; latine illa Ariſtotelis problemata , quæ annis ſuperioribus in latinū conuertiſti eloquium.Quare mihi rem gratam facturus es,ſi licebit per te mihi homībus & amicis,& eruditis gratificari. Aut igitur tuū iſtiuſmodi problematū codicem ad me excribendum mitte,rediturū ad te q̄primū,aut eum iſtic excribi cura,mercedēq; librarij per literas nobis ſignificato,& aduolabit ad te.Id ut propediem effectū cures,te etiam atq; etiā rogo .Præterea me cupio facias certiorē, quo in ſtatu ſint res tuæ,quas fortunatū iri vehemēter opto. Vale. Ex Mediolano,pridie Idus Ianuarias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel.Bernardo Iuſtiniano. S.

Gaudet amicū bene habere.

NEſcio quid aliud mihi potuiſſet gratius renunciari, q̄ quod hoc die ex Ioanne Variſino cognoui.Is enī interroganti mihi,redijſſes ne adhuc ex illa regia legatione,& reuertiſſe te reſpondit,& tibi eſſe q̄optime.Qui quidē nuncius eo mihi iucundior fuit,ꝙ Venetus quiſpiā (ut ille de ſe affirmabat,& cui ſuperi malefaciāt)aliter de te mihi reſponderat.Ingentis igitur grates habeo īmortali deo,ꝙ te mihi ſeruat incolumē . Ioanni autem Variſino gratias quoq; debeo non vulgaris, qui me tanta ſollicitudine liberarit,& incredibili animi lætitia affecerit. Nam quid mihi potuiſſet iucundius cōtingere, q̄ ꝙ certior factus ſum, te habere q̄optime,cuius etiā memoria recreabar.Reliquū eſt,ut veterem noſtrā,ſummāq; amicitiā mutuis tum officijs,tum etiā literis foueamus,& ei aliquid indies cum opus fuerit,addamus in cumulū. Vale. Ex Mediolano.xiij Kalen.Februarias. M. cccc. lx.

¶ Fran.Philel.Nicolao Canali,eq̄ti aurato,ac iureſcōſulto. S.

Literas interceptas conqueritur.

q Vod ad quintū Idus Ianuarias tibi ſcripſi,idem ut in præſentia intelligas volo, me nullas in hanc diem abs te literas accepiſſe, quas ita deſydero,ut vix aliud quicq̄ magis. Quo quidem me

deſyderio ſi q̄primum leuaueris, habeo tibi gratias immortalis. Vale. Ex Mediolano. ix Kalen. Februarias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Adoleſcentem amico cōmendat.

LEonardū Griphū modeſtū adoleſcentē, & muſarū in primis ſtudioſum, æque diligo ac ſi eſſet filius. Is a Marcheſio nr̄o viro præſtāti & perhumano accerſitus. Venetias venit, tū ut homini amiciſſimo, atq; optimo morē gereret, tum etiā ut urbē florentiſſimā corā ac p̄ſens intuerer̄. Hunc ego hortatus ſum, q̄diu iſtic futurus eſt, te quotidie adiret. Is a nobis inſtitutus, nō latine modo perpulchre callet, ſed græce etiā cœpit. Itaq; rē mihi pergratā facturus es, ſi meo Leonardo plane oſtenderis, tibi mea omia eſſe chariſſima. Vale cum pudiciſſima uxore, & tuis omibus. Ex Mediolano. iij. kalen. Februarias. M. cccc. lx.

¶ Fran. Philel. Othoni Carreto iureconſulto. S.

Quomodo res habeat, ſcire deſyderat.

AVdiui nunc ex homīe amiciſſimo, eo te die meas lr̄as Pio Pontifici maximo reddidiſſe in naui, quo ex urbe Mantua deceſſiſſet. Quare ſum miratus, nihil abs te mihi lr̄arum in hanc diem redditū eſſe. Itaq; rogo te, ut me q̄primū facias certiorē, quomodo res habuerit, & quid ille reſponderit, Hoc erit mihi vehemēter gratum. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Februarias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Petro Medici Coſmi filio. S.

Librū repetit, & petit amicū admoneri, ut ꝓmiſſa cōpleat.

LIbrū de iocis, & ſerijs, quē ex q̄ttuor illis ꝑmis ultīo ad te dedi, ut redire cures ad dn̄m, te admodū rogo. His aūt rebus ſi cognoro te interdū delectari, reliquos deinceps etiā libros mittā breui. Non poſſum p̄terea non mirari, q̄d Nicodemi nr̄i promiſſa tādiu cunctenr̄. Itaq; rogo te, ut amicū moneas, neſcire me, in iocis ne, an in ſerijs cū ſuis illis promiſſis ponēdus ſit. Vale. Ex Mediola. Idus Februa. M. cccc. lx.

¶ Fran. Philel. Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio. S.

Officium petit amici in præſentia.

q Vanq; intelligo vel ex ꝓximis tuis lr̄is mea tibi oīa cordi eſſe, præſertim ea quæ mihi & honori, ut ſcribis, & cōmodi eſſe ducas, tamē non deſinā abs te petere, ut ſi quādo id maxīe aut feceris, aut facturus ſis, in præſentia ita facias, ut oēs intelligant tuā erga me beniuolentiā tantam eſſe, q̄ quæ maxīa vel dici poſſit, vel cogitari. Nam qua in re tua mihi opera uſui eſſe queat, te non præterit. Quantū autē valeas & auctoritate, & gratia apud oēs, non ſum neſcius. Vale. Ex Mediolano. vij. kalen. Martias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Hortatur amicum, ut quæ promiſerit ſibi, perficiat.

QVæ hinc abiens curaturũ te recepiſti, ſi dabis operã ut efficias, fiet nõ mediocris acceſſio ad meũ in te amorẽ, qui tñ eſt tantus, ut augeſcere nullo pacto poſſe videat̃. Expecto indies magis atq; magis lr̃as tuas officij plenas, & diligẽtiæ, quæ ſpes ne me fallet, vehementer opto. Nam quãtum mea cauſa velis, non ignoro. Præterea non te fugit, q̃d debet̃ viuis, ſi mortuis p̃ſtetur officiũ, non eandẽ gratiã præ ſe ferre. Reliqua tu vel me reticẽte cognoſcis. Tu ſatis ſuperq; efficies, ſi quantũ poteris, feceris. Nec em̃ conſiliũ & diligẽtia minus laudi ducit̃, q̃ euẽtus. Or̃onem illã noſtrã, quã videre cupiebas, ex Donato Actiolo cõſequere. Vale. Ex Mediolano. vij. Kalẽ. Martias. M.cccc.lx.

¶ Franciſcus Philel. Marcheſio Variſino. S.

Petit ab amico, ut hortetur filium ad virtutẽ.

CVm tuæ me oẽs lr̃æ ſemp̃ delectar̃t, tum hæ potiſſimũ, quas hodie abs te accepi. His em̃ me certiorẽ facis, quãta cum oĩm nõ grauiſſimoꝝ ſenatorũ modo, ſed illuſtriſſimi etiã iſtius Principis beniuolẽtia & laude, Marius filius & dictauerit publice in ſenatu, & docuerit. Quæ quidẽ res & ſi ob alias p̃multas rõnes mihi p̃grata eſt, ob eam tñ admodũ iucunda, q̃ in eius ciuitatis portu ancoras eſt iacturus, quæ & ventoꝝ oĩm vacat turbine, & optatiſſima quiete quadã, tranquillitateq; abundat. Itaq; meo noĩe filiũ hortare, ut nullis neq; vigilijs, nec laboribus parcat, quo expectationẽ iſtam, quã de ſe tam multã, tam p̃claram apud florentiſſimũ, eundẽq; ſanctiſſimũ Venetoꝝ ſenatũ fœlici initio concitauit, eã non ſolũ indies amplificaſſe, verũetiam ſupaſſe exiſtimet̃. Nihil eſt ei ad ſummã laudẽ, utilitatẽq; defuturũ, ſi ſtudiũ atq; diligentiã ingenio ſimul, doctrinæq; addiderit. Quod de Xenophõte filio ſcripſiſti, non improbo, facilitatis modo conſtãtiæq; meminerit. Vale. animæ dimidiũ meæ. Ex Mediolano. v. Nonas Martias. M.cccc.lx.

¶ Franciſcus Philel. Bernardo Pontano. S.

Fecit amico poteſtatẽ ſui, ne ingratus ſit.

ET officium tuũ in Marium & Xenophonta filios, & ſingularem beniuolentiã erga me, facio equidem plurimi. Tibiq; habeo gratias, q̃ cum nihil ipſe de te meruerim, tanta in me ac meos, & humanitate, & benignitate ſis uſus. Itaq; ſi quid in me eſſe animaduerteris, quod tibi vel uſui eſſe poſſit, vel voluptati, ita id eſſe in tua poteſtate poſitum exiſtima, ut quæ maxime tua ſunt. Nam eo ingenio ſum, his moribus inſtitutus, ut nihil ſit quod malim, q̃ & gratiſſimũ haberi me, & a nemine beneficio ſuperatum iri. Quare uti me potes omnibus in rebus pro arbitrio tuo. Vale cum Petro noſtro, ac reliquis tuis omnibus. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Cardinali Aquilegienſi. S.

Auxilium impendi ſibi petit.

QVam mihi vehementer tua non ſolum opera, ſed ope etiam atq; auxilio opus ſit pater humaniſſime, cum ex alijs ſuperioribus literis potuiſti lucide animaduertere, tum ex his maxime, quas ad octauũ Kalen. Martias ad te dedi. Nunc autẽ quod ſcribam, noui aliud nihil habeo, niſi ut intelligas tanto me deſyderio expectare literas tuas, ut maiore aliud nihil. Omnis profecto ſpes mea in te uno poſita, ac locata eſt. Et quantũ ualeas ſcio, & ꝙ me diligas, non ignoro. Itaq; te etiam atq; etiam rogo, oro, obſecro, ut quod abs te petij, tam ſummopere, ꝙ celerius fieri poterit, effectum reddas. Hoc erit mihi vehementer gratum. Nec tu officium in me tuum unq; accuſabis. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalen. Apriles. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Laudat filij peregrinationem.

FEciſti me proximis tuis literis certiorẽ de nauigatione tua ad Rhaguſinos, id quod etiam poſteaq; ſoluiſti e Venetijs, Marius mihi ſignificauit. Ego autẽ & ſi malueram pro paterno affectu in Italia eſſe te, tamẽ cum norim & nobilitatẽ, & ſplendorẽ reipublicæ Rhaguſinæ, æquo animo fero abſentiã tuam, præſertim cum iccirco Vlyſſem Homerus prudentiæ laudarit, ꝙ & urbes, & mentes multorũ hominũ cognitas illi meminit. Sic eñ in Vlyſſeæ principio ait.

Callentem dic Muſa virum, qui mœnia ſacræ.
Diruta poſt Troiæ, multumq;, diuq; pererrans,
Et mentis hominũ multorum nouit, & urbes.

Atq; ibi ſane cuiq; patria eſt, ubi bene eſt, nulliusq; loci terminis vir ſapiens circũſcribitur. Itaq; non abſurde Socrates cum interrogaretur, cuias eſſet, ſe non Athenienſem, ſed mundanũ eſſe reſpondit. Tuũ igitur fuerit id pręſtare, atq; efficere, ne fruſtra iſtuc profectus videare. Quod ſi ſtudio, diligentiaq; curaueris, cum mihi afferres voluptatem non mediocrem, tum laudi tuæ, atq; emolumẽto plurimũ conſules. Reliquũ eſt, ut me facias ꝙprimũ certiorem, ꝙ te locus iſte, cœlumq; delectat. Eſt eñ tibi bonæ valitudinis ratio haud negligenda. Nos hic omnes in hanc diem bene valemus. Si quid iſtic habetur de Turcis, cura ut ſciam. Maximos in Italia bellorũ motus paratum iri animaduerto. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Apriles. M. cccc. lx.

¶ Fran. Philel. Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio. S.

Beniuolũ facit amicũ ad hoſpitalitatẽ ſuis exhibendã.

XEnophon filius ad Rhaguſinos ꝓfectus eſt. Scripſit ſe propediẽ inde ad me miſſurũ ſeruas duas, petijtq; ſe facere certiorem, apud quẽ eas Venetijs diuertere curaret. Cui reſpondi, neminẽ eſſe iſtic qui cũ maior mihi, aut antiquor familiaritas, hoſpitiũq; ſit, ꝙ tecũ uno. Itaq; ſeruæ illæ diuertẽt apud te. Quod cũ fiet, & tu mihi rem ſignifica-

bis, mittam qui & ſeruas ad me perducat, & quod pecuniæ opus fuerit, ſoluat. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Apriles. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Petro Eutychio. S.

Parari poſtulat quæ ad iter faciundū opus erunt.

MArius filius, id q̄d audiſſe te puto, eſt his diebus a Florētiſſimo Venetorū ſenatu honorifice conductus ad docendum Venetijs oratoriā, ac philoſophiam. Id autē eo pluris faciundū exiſtimo, ꝙ antea nemini unq̄ contigit. Is in præſentia huc eſt venturus, ut uxorem & filios, reliquāq; familiā Venetias ſecū transferat. Faciet aūt veniens iſtac iter, Eſtq; ei neceſſe iſtic conducere ad Mediolanū uſq;, & mulū cum mulione, & equos duos. Quos ut antea diligenter pares velim, ne cum iſtuc nauis appulerit, diutius ſit in mora. Maximū mittam tibi ad ad paucos uſq; dies. Vale. Ex Mediolano. vi. kalen. Apriles. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Blaſio Gyllino Abbati. S.

Arguit quendam officij neglecti, aut ſpreti.

ANgelus Actiolus nobilis Florentinus, & idem ſplendidiſſimus eques auratus, mecū nudiuſtertius queſtus eſt, ꝙ oratiōes meas, quas apud te ea lege dimiſerat, ut eas mihi q̄primum redderes, non modo non reddidiſti, ſed a ſe q̄ſæpiſſime hortatus, ut officio fungaris, id non modo non facis, ſed ridiculo ducis eius omnē adhortationem. Itaq; ſum miratus, ꝙ & vir religioſus, & abbas tot iā annos diſtuleris ea domino reſtituere, quæ bona fide poſſidere non potes. Valē. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Kalen. Apriles. M. cccc. lx.

¶ Fran. Philel. Bernardo Iuſtiniano, Leonardi filio. S.

Gratias agit mirifice.

ET ſi mihi dubium nunq̄ fuit, meos oīs tibi eſſe chariſſimos, tamē cum proximis diebus ex Mario filio corā didiciſſem, quanto cum ſtudio, & charitate eius omnibus cōmodis, honoribusq; ſemper affueris, vix dici queat, q̄ me tua opera delectarit. Nā cum video eam amicitiā, quæ mihi primū cum patre tuo, ſapientiſſimo atq; ſummo viro maxima fuit, deinde tecum tanta eſt, ut nihil ad cumulum queat accedere, transfudi etiam tanq̄ hæreditario quodā iure in poſteros noſtros non mediocre mihi, atq; meis oībus patrimoniū adeptus videor. Itaq; non poſſum mihi non lætari plurimū, ꝙ optatis meis ita reſpondeas, ut tibi gratulandū exiſtimem, ꝙ ita humanus es, ita benignus, ita patris tui ſimilimus. Ego autē, quod ad me attinet, ſi cæteris in rebus abs te ſuperabor, amandi tamē officio nunq̄ profecto ſim ſuperandus. Reliquū eſt, ut quæ pro filio Mario fundamēta optima vel tua diligentia iacta ſunt, ea omni robore ſtabilienda cures. Hac una re mihi gratius facere nihil poſſis. Vale. Ex Mediolano, Kalen. Martijs. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Lucenſi, apl̄ico Secretario. S.

Reſponſum petit.

AD eas lr̄as, quas Idibus Martĳs tibi reddendas ad Othonē Carretū dederā, ꝙ nihil in hanc diē reſpōderis, miror. Nam cū ignoro, utrū tuæ uoluntati morē geſſerim ea in re, quā ex me ſcire cupiebas, tum uehemēter expecto ex te intelligere, quæ ſit Pontificis Pĳ ſententia de officio noſtro. Itaqꝫ rogo te, ut me ꝗ̄primū his de rebus facias certiorē. Vale. Ex Mediolano. iĳ. Idus Maias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Iacobo Antonio Marcello. S.

Amicitia quomodo orta ſit inter ſe & alium quendam, narrat.

INſitam eſſe natura animis hominū uim quandā ſimilitudinis, diſſimilitudiniſqꝫ, cum ad cæteros motus, tum ad amorē, & ad odium, qui philoſophi uoluerunt, nihil a ueritate ſenſiſſe alienū mihi uideri ſolent, & id quidē non in hominibus ſolū, ſed in reliquis quoqꝫ an̄iantibus late patere. Quod ut de alĳs animalibus breuitatis cauſa prætercam, quotidie uſu uenit, ut hi qui ſe nunqꝫ uiderīt, neqꝫ aliud quicqꝫ commercĳ cōſuetudiniſqꝫ inuicē habuerint, ſe tamē quodā naturæ ſuaſu diligant, & alteri de alteris bene audire perlibenter uelint. Accepi ex multorū ſermone, me tibi eſſe chariſſimū, ꝙ honorifice de me loqueris, ſentiſqꝫ peramice. Quod certe fuit eo mihi iucūdius, quoniā mea de te opinio haud quaqꝫ me feſellerit. Cum em̄ una omniū uoce didiciſſem, magnū te eſſe uirū, eundēqꝫ perhumanū, & illorū apprime ſtudioſum, qui bonis artibus deditī, īmortalitatē maxime & ipſi ſequerētur, & alĳs pararent, illico ſum accenſus in amorē tui, teqꝫ dignū exiſtimaui, quē propter īnumerabilis tuas egregiaſqꝫ uirtutes, quantū ipſe cura potero, diligentiaqꝫ præſtare, faciā immortalē apud oēm poſteritatē. Tuū igitur fuerit non aſpernari officiū meum, quandoquidē ipſe oīa cupio gratificari tibi. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Maias. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Ioannino Barbato. S.

Minatur cuidam, niſi libros reddat.

QVantū uidere uideor, ridiculo tibi ſum. Nam meos carminū libros totiens repetitos, reſtituere mihi negligis. At ego mihi uerba dari longius certe non patiar. Turpiſſimū enim eſt, Franciſcū Philelphū imberbem duci a Ioannino barbato. Itaqꝫ aut rem mihi meā reſtitue ꝗ̄primū, aut ubi ita malis, tibi litē apud Principem paratā eſſe intellige. Nam qui alios ridere nunqꝫ conſueui, rideri abs te nolo. Vale. Mediolani ex ædibus meis. uiĳ. Kalen. Auguſtas. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Crebriores literas filĳ petit.

f Eci te ad tertium Nonas Iulias per lr̄as certiorē me nihil literarum tuarum accepiſſe, poſteaqꝫ ex Venetĳs ſolueras, præter

eas, quas ad. iiij. Kalen. Apriles Troili ſcribæ ad me dederas, cū interea
tp̄is ſecundū, & nunc tertiū tibi ſcripſerim. Quod eo etiā magis miror,
ꝙ Marius mihi ſignificauit, ſibi redditas eſſe abs te lr̄as, q̄bus cū nullæ
prorſus iſſent ad me. Ego aūt & ſi auguror, ut res habet, operepretium
tm̄ duxi te cōmonefacere, ſi quādo ad me ſcribis, ut cures tua oīa ſcripta
redditū iri Venetijs, aut viro Patricio Bernardo Iuſtiniano Leonardi
filio, aut ducali oratori Antonio Guidoni bono. Nam Marcheſius re-
dijt Mediolanū. Tu ſi quid velis, ſignificato. Nos hic omnes valemus
recte. Vale. Ex Mediolano, Nonis Auguſtis. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Mario filio. S.

Arguit filium, ꝙ patrem accuſet.

QVod expoſtulas meas literas minus ſæpe ire ad te, partim ipſe tu
partim occupationes meæ ſunt in cauſa. Q. ſi tuam ipſe cauſam
ſuſtuleris, ego quoq; meas omnis occupationes amouebo. Noli
iuuenis cum ſene de prudentia contēdere, neq; cū patre filius. Noli verſu
tiam calliditati anteponere. Ratione utere, & conſilio. Id ſi feceris, nunq;
me incuſabis, nec ulla in re deſyderabis paternū officiū. Quod Marie-
ta meliuſcule valet, gaudeo. Cæſarē meum bene in literis proficere, plu
rimū lætor. Velim cætera quæ vel ad teipſum, vel ad reliquā familiam
attinent, diligēter cures. Ad Xenophonta reſpondi. Tu quod ad Hu-
gulotū reſpicit, ne diutius neglige. Bernardū Pontanū noſtrū bene vale-
re opto. Vale. Ex Mediolano. x. Kalen. Septēbres. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Monet filium, ut & ſæpius, & apertius ſcribat.

MAlo te negocioſum eſſe, q̄ ocioſum, mō negocia tibi tua aut di-
gnitati ſint, aut cōmodo, q̄d ſine dignitate incōmodū eſſe puto.
Nam per lr̄as, quas modo ad ſextū Kalen. Auguſtas dediſti ad
me, adeo te oſtendis occupatū, ut nullū tibi tēpus relictū videat̄ ſcriben
di ad patrē. Quod das, accipio. Et facis tu fortaſſe ex officio. Ego aūt au
guror, neſcio q̄d. In hanc diem accepi ſecundū abs te lr̄as, poſteaq; Rha-
guſiū es profectus. Si te negligentiorē, aut minus cautū aīaduertero,
tu quoq; tardioris videbis epiſtolas meas. Scripſiſti oīa iſtic ardere. Id
dici puto ob īminens a Turcis periculū. Vellem ſcripſiſſes & latius, &
apertius, ne mihi Sibylla interp̄te opus eſſet. Quod amicus iſte tuus cu-
pit videre aliquid ex noſtris ſcriptis, dabo operam ut tibi mos geratur.
Nos hic valemus oēs. Cura etiā ut tu valeas, & hoībus ſis, deoq; cha-
riſſimus. Ex Mediolano. x. kalen. Septembres. M. cccc. lx.

¶ Fran. Philel. Laurentio Piſaurenſi Parmenſiū præfecto. S.

Religioſi amico cōmendantur.

e T ſi ignarus certe non erā, vel ſine ulla cōmendatione mea nihil
eſſe apud te antiquius iuſticiæ, pietatiſq; officio, tm̄ ut intellige-

res,ꝙ mihi rem gratā facturus eſſes,ſi negociū religioſoꝝ fratrū ſanctæ Mariæ ſeruorū,qui appellanť,ita curaueris,ut iſti oēs intelligant meam de ſe cōmendationē fuiſſe ſingularē, libuit abs te petere, ac etiā ſi opus fuerit, contēdere, ne patiaris eſſe fruſtra itum ad me. Nemo eſt em̄,qui amicitiā noſtram ignoret. Quā ut huiuſmodi quoqꝫ munerē clariorem oībus facias,rogo. Noſti pudorē meū. Nunqꝫ auſim tantopere a te aliquid petere, quod ab honeſtate abhorrere videatur. Vale cum tuis omnibus. Ex Mediolano. vij. Kalen. Septembres. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Ioanni Aloyſio Guidobono. S.

Operam a ſe petitam reijcit in alterum.

FVere nōnulli Veneti, qui a me per līas meos carminū libros exſcribendos petierūt. Quibus ego ſigillatim geſſiſſem ꝙ primū morem, ſi tot mihi eius operis fuiſſent exēpla. Sed cum nullū mihi oīno relictum ſit, præter id unum, quod initio ſcripſeram, exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me iri oībus factum, ſi tibi huiuſmodi prouinciā pro noſtra beniuolentia delegarem. Itaqꝫ dedi ad te eum ipm̄ carminū codicem, manus meæ, ut vides, feſtina exaratū arundine. Cuius tu ita pro tua prudentia feceris oībus copiam, ut intra ſextū menſem codex ad dominū redeat. Vale, & patrem tuū grauiſſimū virum verbis meis ſaluere plurimum iube, Ex Mediolano, Idibus Septembribus. M. cccc. lx.

¶ Franciſcus Philel. Hieronymo Caſtello, philoſopho, ac medico. S.

Operam petit amici.

QVi tibi reddidit meas literas, qua in re tua ſit opus opera, coram verbis meis exponet. Scio quanti me facis, & ꝙ tibi charus ſim. Itaqꝫ non eſſe opus intelligo, ut te aut rogem hominē amiciſſimum, aut horter virū diligētiſſimū & optimū. Quod ſi dederis operā, ne fruſtra in te ſpem præcipuā collocarim, īmortali me afficies beneficio. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias. M. cccc. lxi.

¶ Franciſcus Philel. Lodouico Caſellæ. S.

Beneficium beneficio accumulari orat.

SIngularē tuam erga me beniuolentiā multis tuis, permagniſqꝫ officijs ſum expertus. Meus aūt in te animus qualis ſit, qualiſqꝫ ſemper fuerit, ea tibi eſſe debet certiſſima coniectura, ꝙ es de me ſæpe meritus ꝙ optime. Quo fit, ut omnibus meis in rebus non ſecus te utendum exiſtimem, ꝙ & amiciſſimo, & optimo viro. Itaqꝫ tuū eſt, ut beneficio cumules, tibiqꝫ perſuadeas, eum mihi animū eſſe, ut ſi minus referre, habere tamē gratiā non minus poſſim, ꝙ velim, nec minorē agam, ꝙ debeam. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias. M. cccc. lxi.

¶ Fran. Philel. Catoni Sacco iurecōſulto, & oratori. S. D. P.

Ad quæſtiones a philoſopho quodā propoſitas rn̄det.

VIdeo te eſſe admodū ocioſum, utpote qui a legum ac iuris ciuilis
ſtudio tantiſper venia exorata, donec conſtitutæ vacationes præ-
terierint, te oblectandi gratia, ut es homo voluptarius, his quæſti-
onibus obtuleris, quæ & iucundæ ſunt, & homine urbano minime in-
dignæ. At ego nequaꝗ̄ reſpondebo tibi, ut Ariſtoteles, aut Plato, ſed
ut Philelphus. Si quid vero acutius volueris, tuam iſtam academiā con
ſules. Sequar autē ordinem propoſitarū a te quæſtionum. Et primū tu
quidē petis, quid cauſæ eſſe putem, ꝙ Hebræi oēs natura fœtent. Vtrū
Hebræi omnes, ut tu ais, fœteant, an id minus, nihil compertū habeo.
Sed quid in cauſa eſſe queat, ut nōnulli malum odorem, & pleriꝗ̄ bo-
num de ſe præbeant, poteſt utrunꝗ̄ in alijs natura, in alijs more accide-
re. Nam qui cibo ſunt, aut potu inferiores, hi male concoquant neceſſe
eſt. Ex concoctione autē mala, aut morbi manant alij atꝗ̄ alij, aut per
ſudorē ea reſoluitur. At iſtiuſmodi ſudor, quē fœtulenta emiſerit con-
coctio neceſſario odorē concoctioni ſimilimū. Ex illiuſmodi autē hu-
more, ſiue is intrinſecus per cutem emerſerit, ſeu in ſuperficie ſit mēbro-
rū, triſtis ſane odor exhalatur. Nec in Hebræis id offenſionis magis acci-
dit, ꝗ̄ in oībus qui viuūt incontinēter, ſiue cibi ac potus incontinentia,
ſiue etiā aliter. Sed fortaſſe eo magis in Hebræorū genere id uſu venit,
ꝙ pleriꝗ̄ oēs menſarij ſunt, fœneratoriā exercentes, & ita nullis exercie-
tati laboribus. Quo fit, ut nimio ocio quieteꝗ̄ marceſcentes, tetrū de ſe
odorē emittant, ſit neceſſe. Contra autē qui ſobrie, temperanterꝗ̄ vitā
agunt, ſeꝗ̄ Perſarū more aſſidue exercent, aut equitando, aut ambulan-
do, aut aliter ingenue, hi certe non modo non male olent, ſed bene poti-
us. At ſunt ſane qui natura delectant odore ſuo, ut de Alexandro Mace-
donū rege legitur, cuius etiā veſtimenta, quæ eius corpus contigiſſent,
gratū odorem exhalarent. Id vero ob aliam nullā fiebat rōnem, ꝗ̄ ob
maximū calorem corporalis illius tēperamenti. Quare non eſt miran-
dum, ſi quādoꝗ̄ Alexander in iram adeo exardeſceret, ut eos etiā quos
habebat chariſſimos, interimeret. Quod tum maxīe accidebat, cum ad
naturæ feruorem vini æſtus in potu accederet. Nam ex non adulterato
naturæ calore, cū alia bona, & utilia permulta, tū ſuauiſſimus odor gi-
gnitur. Quæ quidē res vel ea ratiōe probari poteſt, ꝙ & caſiæ, & cinna-
ma, & thus, & cætera huiuſmodi odorifera pigmentorꝫ genera nō niſi
in Arabia, & calidiſſimis regionibus oriuntur. Q, ſi hi qui ſunt calido
corporis tēperamento, natura bene olent, hi neceſſario olent male, qui
frigido ſunt, & humido, ut de pituiticis licet intueri. Quo in gnē populi
ſeptētrionales fere ſunt omēs, qui ad frigiditatem & humorē tempera-
menti, ubi vitæ quoꝗ̄ ac victus incontinentiā adiunxerint, omni ſunt
nauſea tetriores. Quod autē petis ſecundo loco, qua ratione fieri cen-
ſeam, ut autumnali tempore appetentiores veſcendi ſimus, ꝗ̄ alijs anni

temporibus. Ad id quoq; quid ſentiam, non ambigam tibi oſtendere. Sunt qui arbitrentur id accidere copia atq; varietate illorũ fructuũ, qui per id temporis ex arboribus manant, ut ſunt mala, pyra, pruna, caſtaneæ, molluſcæ, ficus, vuæ, ſorbula, miſpula, cæteraq; huiuſmodi prope innumerabilia pomorũ, nucum, atq; baccarũ genera. Namq; iſti uſmodi eſculentorũ illecebris guſtus delectatus, ut ſtomachũ veluti ad ea admittenda inuitat, ita ad concoquendũ reddit ardentiorẽ, quibus etiã humectatus venter, quod ſuſceperit, & facilius deijcit, & celerius. Vnde ſtomachus onere vacuus, aſſiduus appetit impleri. Eam vero rationem nituntur confirmare ex ægrotantiũ conſuetudine, qui per huiuſmodi fructuũ eſum recuperant veſcendi appetitũ. At huiuſmodi mihi cauſæ autumnalis edacitatis minime probantur. Pyrorũ enim & ficuum, & vuarum, ſimiliũq; fructuũ eſculenta, & humectant ſtomachum, & frigidiorẽ efficiunt. Id autẽ ut concoctioni detrimentoſum eſt, ita etiã comedendi appetitũ aufert. Itaq; alia mihi cõmodior occurrit, & probabilior ratio. Autumnũ æſtas anteceſſit. At per æſtatẽ intimus ille calor noſter & proprius, quo naturaliter alimur, deſpergitur, fitq; imbecillior, ac rarior. Idem in autũno cogitur rurſus, receptusq; penitus intra corpus propter eius denſitatẽ, atq; refrigerationẽ exteriorem, vim ſuã, roburq; reaſſumit. Præterea cum per æſtatẽ magis utimur potu, q̃ cibis, itam humidioribus ob caloris magnitudinẽ, natura in autumnali tẽpore mutationis cupida, contrariũ quærit. Itaq; nos maiore afficit fame, ſicciũq; alimentũ corpus reddit temperamento. Quid vero in cauſa rear eſſe, ut cygni in anima efflanda, & ſonorius canant, & dulcius, dicam audacter quod ſentio. Neq; me hoc loco deterrebit ab animi iudicio Platonis auctoritas, apud quẽ diſputat Socrates, Cygnos iccirco in morte ſonantius canere, ac melius, quoniã tum maxime præuideant ĩmortalitatem animorũ. At ipſe id puto natura fieri, quæ ſtudioſa conſeruãdæ ſui, vitales omnis ſpiritus per corpus diſperſos contrahit ad cor, tanq̃ arcem vitalis præſidij, ac roboris. Sed ubi natura fruſtra diu multũq; luctata, neceſſitati parere tandẽ cogitur, ſpiritus illi deſerta cordis ſtatione emergentes, impetu quodã intrinſecus per anularis illos longiſſimi colli ambitus ad os ipſum, ſonũ quendã pleniorẽ efficiunt muſici cantus ſimilimũ. Ad poſtremũ autem quæſitũ eſt a te, quid remedij afferre queat, quo minus quis ebrietate ſuperetur in liberiore conuiuio, quod Græci συμποσιον noĩant. Et ad iſtud quoq; facilis eſt reſponſio. Druſus Germanicus Tyberij Cæſaris frater, ut erat vir & liberalis, & gratioſus, iſtiuſmodi tuo cõuiuij genere delectari ſolitus traditur. Conuiuis aũt reliquis ebrietate correptis, ſolus medicus vino ſuperior eſt inuentus, cum is tñ longe magis, q̃ alius quisq; ſeſe potu obrueret. Sed poſteaq; eſt aĩaduerſum, conſueſſe medicũ, anteaq; bibere inciperet,

veſci ſemper quinꝗ, aut ſex amaris amygdalis, ubi id facere eſt a Druſo prohibitus, mox poſt paruū etiam potū ebrietati conceſſit. Potes igitur etiam tu, quandocunꝗ vel Germanos, vel Burgundiones tuos, qui & ipſi quoꝗ ex Germania olim profecti, in Gallia conſederunt, iſtiuſmodi conuiuio acceperis, ſolus videri ſobrius, ſi volueris per huiuſmodi amarorū eſum amygdalorum vino iter prohibere in venas. Qꝫ ſi huiuſce rei quæſieris rationē, eā mihi videtur eſſe, ꝙ vis amaritudinis naturaliter deſiccat, atꝗ conſumit humiditates. Itaꝗ ex omnibus liquoribus amarus maxime guſtum offendit (ut ait Plato) utpote qui linguæ venulas, quæ & molles ſunt, & rariores, contendit humiditatibus ex ariditate reſolutis. Videmus etiam ulcera amaris medicamentis extenuari, ac purgari. Sed hæc phyſicis relinquamus, & medicis. Vale. Ex Mediolano, Nonis Aprilibus. M. cccc. xli.

¶ Franciſci Philelphi Epiſtolarum familiarium, ac adoleſcentibus magis conducentium.

FINIS.

ANGELI POLITIANI QVAEDAM familiares epiſtolæ ad viros Illuſtres.

¶ Angelus Politianus Cæſari Carmento. S. D.

COntemni te putas, ꝙ non reſcribo. Contemnerem, ſi reſcriberem. Quos enim contemno, reſpondere his audeo vel occupatus, tibi nec ocioſus. Vale.

¶ Angelus Politianus Iacobo Modeſto ſuo. S. D.

d Oles ꝙ non reſcribã. Dolere deſine, iam reſcribo. Vale.

¶ Angelus Politianus cuidam. S. D.

NOn præſtas quæ pollicitus. Conqueror, ſi oblitus, magis etiam ſi non oblitus. Oblitum fuiſſe, vix amici eſt, Non præſtare cum recorderis, prorſus inimici. Vale.

¶ Angelus Politianus Pico Mirandulæ. S. D.

q Væ vellem corrigeres, tu laudas. Hoc vero facile facis, quod ſemper facis. Vale.

¶ Angelus Politianus Amico. S. D.

IRaſceris ꝙ iſte me Simius carpit. Non ideo me carpit, ut carpat. Sed ut ſibi victũ quærat homo famelicus apud quoſdam, qui multũ gaudent aſſentatoribus, plus tamẽ detrectatoribus. Vale.

¶ Angelus Politianus Amico. S. D.

SI te ob diuitias amare cœpiſſem, deſiſſem tibi nunc eſſe amicus, cum tu deſiſti eſſe diues. Verum ſi nunc deſiſſem, ne tum quidem cum fuiſti diues, fuiſſem tibi amicus, ſed adulator. Quod eſſe qui poteſt, is eſſe liber non poteſt. Vale.

¶ Angelus Politianus Amicis. S. D.

m Vlti ſimul epiſtolas poſcitis. Multis ecce mitto, ſed unicã. Conuenit unica multis, quos unice diligo. Quæ tamen erit ut multæ, quando multi legetis. Valete.

¶ Angelus Politianus Inuido.

INuides omnibus omnia, præter inuidiam. Sed & hanc inuides tuo compatri, qui magis inuidus etiam q̃ tu. Sic inuidiam tibi non inuidet, quam tu illi tamen inuides, Ita rurſus ille minus inuidus. Qui ſitis non dicam, ne miſeriores faciam, q̃ nunc eſtis. Nam ſi nomen veſtrum proferrem, nomen quoqꝫ ipſum vobis inuideretis, nec uterqꝫ utriqꝫ modo, ſed & uterqꝫ ſibi.

¶ Angelus Politianus Maledico.

m Aledicenti non remaledico, ne maledicere mihi tu forſitan deſiſtas, hoc eſt, ne laudare me deſinas. Quis eñ laudatur verius, q̃ cui maledicitur a malo viro? Te vero appellare malũ virum, tantum a maledicto abeſt, ut nihil dici poſſit melius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0137-2

¶ Angelus Politianus Laurẽtio Medici. S. D.

CYgno poeta ſimilis, uterq; candidus, uterq; canorus, uterq; fluuios amans, uterq; Phœbo gratus. Sed negatur canere cygnus, niſi cum Zephyrus ſpirat. Quid igitur mirum, ſi taceo tam diu tuus poeta, cum tu tamdiu non ſpires meus Zephyrus? Vale.

¶ Angelus Politianus Pico Mirandulæ. S. D.

VIncebar abs te prius doctrina, vincebar ingenio. Sed vinci tamẽ lætabar, atq; adeo lætor, quoniam te diligo, quin ob hoc ipſum diligo, ꝙ his vincor. At nũc & humanitate me vincis. Hoc equidem ferre nequeo, qnoniam turpe. Sed iam fero. Nihil enim turpe mihi, quod honeſtum tibi. Vale.

¶ Angdus Politianus Amico. S. D.

DOles ꝙ amicus in diſputatõe te vicerim, dolere non debes. Nam ſi ſunt amicorum cõmunia omnia, non magis q̃ tu victor ego, nec minus q̃ tu victus. Sed hoc tu fortaſſe doles, ꝙ hac amicorũ lege, nec ego plane ſum victor, qui te vici. Vale.

¶ Angelus Politianus Amico. S. D.

REprehendebã tacitus, ꝙ te diutius oblectares in agro. Cum mihi redditus abs te Calathus floribus plenus, & quidẽ roſidis adhuc multicoloribus, ac ſuaue olentibus. Inuidere (fateor) tibi agrũ volebam, qui flores tam pulchros educaret. Sed ut ep̃lam tuam deinde legi floribus aliјs m̃lto pulchrioribus cumulatã, q̃ calathus fuerat, ĩuidere potius agro cœpi, qui de tuis (ut mihi videt̃) epiſtolis floruiſſet. Vale.

¶ Angelus Politianus Amico. S. D.

d Olui vehementer, lætatus ſum vehementer. ꝙ ægrotaſti, ꝙ & conualuiſti. Vale.

¶ Angelus Politianus cuidam. S. D.

m Itto lilia, non ut gratum faciam tibi, quanq; tibi quoq;, ſed ut ipſis liliјs, hoc eſt, ne marceſcant. Vale. Ferrariæ, Idibus Auguſtis, Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. xciiј.

FINIS.

Excuſum Argentine in Aedibus Ioannis Prũſ. ductu & auſpiciјs honeſti viri Pauli Getzs Ciuis Argentinenſis Menſe Martio. Anno M. D. XX.

LENTULUS AD TIBERIUM ATQUE SENATUM

Apparuit temporibus istis, et adhuc est homo magne virtutis
cui nomen est Iesus Christus, qui dicitur a gentibus propheta veritatis quem
eius discipuli filium dei vocant. Suscitans mortuos, et sanans langwo-
res. Homo quidem statura procerus et spectabilis, vultum habens
venerabilem, quem intuentes possunt diligere, et formidare,
capillos habens coloris nucis avellane premature planos
fere usque ad aures. Ab auribus vero infra circinos, crispos
aliquantulum, ceruliores, et fulgentiores ab humeris ventilan-
tes. Discrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazareno-
rum, frontem planam, et serenissimam, cum facie sine ruga et ma-
cula aliqua, quam rubor moderatus venustat. Nasi, et oris
nulla prorsus est reprehensio. Barbam habens copiosam et impuberem
capillis concolorem non longam, sed in medio bifurcatam. Aspectum habens
simplicem, et maturum, oculis honestis, glaucis, variis et claris ex-
istentibus. In increpatione terribilis, in admonitione placidus
et amabilis, hilaris servata gravitate. Qui nunquam visus est
ridere, flere autem sic. In statura corporis propagatus, et rectus
manus habens et brachia visu delectabilia. In eloquio gravis
, et rarus, et modestus. Speciosus inter filios hominum.

EPISTOLA PONTII PILATE AD TIBERIUM CESAREM

De iesu christo, quem tibi plane postremis meis declaravi nunc
tandem populi acerbitate me quasi invito, et subtimente
supplicium sumptum est. Virum hercle tam pium et severum nulla unquam
etas habuit aut habitura est. Sed mira extitit ipsius populi
conatus, omnium scribarum, principum et seniorum consensus, suis
prophetis et more nostro sibillis contra monentibus hunc veritatis
legatum crucifigere. Signis etiam supra naturam apparentibus
dum penderet, et orbi universo philosophorum iudicio lapsu

minantibus. Vigent illius discipuli opere, et vite continen-
tia magistrum non mentientes, vno in eis nomine vbique vniuersi
beneficentissimi. Nisi ego seditionem populi propter christian-
tis exordii timuissem, forte iam scriberetur nobis vir ille viueret
Et si tue magis dignitatis fide compulsus, quam voluntate mea
adductus, pro viribus non restiterim, sanguine iusto coinq
amissarionis communem, verum hominum malignitate iniquie
in eorum tamen, vt scripture interpretantur, spiritu patris
vertimbari Vale Hierosolimis. V. Kal. aprilis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0141-3

Angl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0142-9

[illegible] et Arabiae et [illegible] in [illegible]
constitisse autores tradunt hic Strabo li. 8

Vide Elegantia apud Erasmum in proverbiis
Cornu copiae et Herculei labores

[illegible] et quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] li. [illegible] 43

Hercules Etholis cornu copiae donavit [illegible] domasse [illegible]
quod cornu agelai [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] fertilissima [illegible] hic et alia Strabo
li. geographiae decimo De cornu copiae vide Eruditiss.
Erasmum in proverbiis copiae cornu

[illegible]

155219

AB 155213

X220418

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0143-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0144-0

FRANCISCI

PHILELPHI EPISTO-
læ breuiores, & elegantio-
res, atq; adoleſcentibus
magis conducentes,
ex toto originario
exẽplari iam de-
nuo tranſ-
ſumptæ.

Cum ſingularum epiſtolarum
argumentorum Indice.

ITEM.

Angeli Politiani epiſtolæ quædã
familiares, ſuauiores, & bre-
uiores, ad viros illuſtres, in
calce adiunctæ ſunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472938-p0145-6